NICOLAI REVSNERI V.I.D. & PROFESSORIS IN ACADEMIA ARGENTINENSI

Quæstionum *SIVE* Consultationum Iuridicarum

LIBER II.


In quo maximè de piis causis agitur, ex sacrarum Legum & Canonum auctoritate, & interpretatione Prudentûm.

Cum INDICE Consultationum, Rerum, & Sententiarum locupletiss.





BASILEÆ
Anno cIↃ IↃ xvc.



ILLVSTRISSIMVM CELSISSIMVMQ. PRINCIPEM,

D.

CHRISTIANVM,

AVGVSTI EL. FIL. Ducem Saxoniæ, Marchionem Miſniæ, Comitem Prouincialem Turingiæ, &c.

NICOLAI REVSNERI Præfatio.

QVOD Lex à Magiſtratu, CHRISTIANE, Princeps Inclyte, hoc Iuriſprudẽtia differt ab imperio. Ac lex quidem, auctore Tullio; mutus Magiſtratus eſt: Magiſtratus autem lex loquens, adeoque viua quædam, & ani-

mata lex in terris. Iuriſprudentia verò etſi legum ſcientia eſt:earum tamen cuſtodia,atq; executio ad imperium pertinet,& ad Magiſtratus officium:cuius ea vis eſt,vt præſit, præſcribatq; recta,& vtilia, & coniuncta cum legibus: in quo opera & conſilio vti poteſt Iuriſperitorum: quos prudentes, & Sapientes, & Sophos aliquando dictos fuiſſe memorat Pomponius IC. Quò fit vt non minùs Principes,ac Rerumpublicarum gubernatores paſſim in legibus Iuris conditores,& auctores,& legumlatores appellentur: quàm ipſi Iuriſconſulti:quomodo & Imperator à Iuſtiniano pater legum nominatur, in Nouella Conſtitutione XII. Sic nimirum legum ferendarum ſcientia quodammodo communis eſt Magiſtratibus cum Iuriſconſultis: quæ fundamentum eſt libertatis,& fons æquitatis:in qua & mẽs,& animus, & conſilium, & ſentẽtia Reipubl.poſita eſt. Cuius profectò tanta vis,& neceſſitas eſt:vt ſine hac nec domus vlla,nec ciuitas,nec gens, nec hominum genus vniuerſum ſtare, nec rerum natura omnis,

nis,nec ipſe mundus queat: vt rectè hoc
docet M. Cicero. Quod autem M. Ca-
to apud Plutarchum monet: magiſtra-
tum,aut iudicem, nec de iure obtinen-
do orari, nec de iniuria remittenda exo
rari oportere:id eſt, vt Græca verba ha-
bent,τὸν ἄρχοντα, ἢ κριτὴν μηδὲ ὑπὲρ τῶν δι-
καίων λιπαρεῖσθαι, μήθ' ὑπὲρ τῶν ἀδίκων ἐκλι-
παρεῖσθαι δεῖν:id profectò non minùs lo-
cum habere debet in Iuriſperito, quàm
in iudice, aut magiſtratu. Quippe qui,
ſecundum Vlpianum, boni & æqui no-
titiam profitetur: qui iuſtitiam colit:æ-
quum ab iniquo ſeparat:licitum ab illi-
cito diſcernit: veram, non ſimulatam
Philoſophiā affectans. Quem ea de cau-
ſa imprimis ſuum cuique nō ſolùm tri-
buere,ſed etiam tueri: & ab alienis men
tes, oculos, manus abſtinere: adeoque
omnes cupiditates coercere, & libidi-
nes domitas habere conuenit: vt ſit ni-
mirū is,qui perhiberi vult,Sacerdos iu-
ſtitię,& æquitatis. Prǽclarè enim idē Vl-
pianus: Sanctiſſima(inquit)res eſt, ciui-
lis ſapiētia:quæ precio numario nec æſti
mā da,nec dehoneſtāda eſt.Quare vt po

pulo magiſtratus, ita magiſtratibus leges præſunt:& vt ſine magiſtratuū prudentia ac diligentia non poteſt eſſe ciuitas: ita legum deſcriptione æquabili omnis Reipub. moderatio continetur. Quemadmodū autem ſagittarij ſcopū ſibi aliquē, aut metam proponunt: quò haſtā iacùlantes, vel ſagittam collineāt: ita nō modò Iuriſprudentes, ſed & principes ac magiſtratus in iudicando perpetuò ſibi ob oculos ponere debent ius ciuile: cuius veluti norma quædā & regula vtātur, vel in controuerſiis dirimendis, vel in maleficijs puniendis. Quando quidem nemo per ſe aut prudens, aut ſapiēs dici poteſt: niſi iuris & æquitatis rationem omnē bene cognitā habeat: ſine qua ne iuſtitiam quidem in omnibus vitæ negotijs colere poterit. Scitū enim eſt reſcriptum illud Diuorū Impp. Valētiniani & Martiani in Codice Iuſtinianeo: Leges (inquiunt) ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt vitam hominū, ab omnibus intelligi debent: vt vniuerſi earum præſcripto manifeſtiùs cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectētur. Et

notum


notum est Gordiani Cæsaris alterũ hoc rescriptum: ignorantiã Iuris neminẽ excusare. Quanquigitur ista iuris, ac iudiciorũ cognitio magna est, atq; difficilis: proptereà quod non omnes factorum species, quæ propemodũ infinitę sunt, legibus definitæ exstant: quas sæpenumerò sibi in multis aduersari, vel potiùs eas aliquo casu, aut euentu collidi manifestũ est: tamen quoniam consulendi semper potestas est peritiores, si quid ambiguũ, aut controuersum sit: ab his optima ratione decerni, atq; explicari potest. Quã ad rẽ, meo quidem iudicio, non parum momenti adferunt responsa prudentũ: quæ Consilia Doctorũ vulgò nominãt: qui tanq testes Iuris, atq; interpretes habendi sunt: quorum ea est auctoritas: vt si quid ab his crebriùs aut frequentiùs responsum sit: modò ratione ciuili, aut naturali nõ careat: ab eo magistratibus in iure dicendo non, nisi ob euidentẽ rationem recedere liceat. Tunc enim sicubi lex aut deficit, aut saltem opus habet interpretatione aliqua, vel ratiocinatione: sanè contenti esse poterunt auctori-

tate prudentum: quam communē opinionē vocant: contra quā ius dicere nō magis conuenit, quā contra legē ipſam: quoniam vtrobiq; ſentētia lata, ipſo iure nulla eſt, vt Ripa Iuriſconſ. aſſerit. Nā & auctore Platone, omne iudiciū veritatis, atq; adeo veritas ipſa ab opinione ducitur: &, ſecundū Fabium, excuſabilis eſt error, qui grauibus nititur auctoribus. Quanquam nō inficior illud, re magis, quàm teſte nos moueri oportere: neque ex multitudine auctorū id, quod melius & æquius eſt, æſtimare, aut iudicare: eāq; ob cauſam, ſi euidens ratio adſit, quæ legis mens eſt, & anima, omninò licere iudici ab huiuſmodi opinione communi recedere: cui rerū veritas ſemper anteponenda eſt. Quamobrem rectè omninò mihi facere videntur: qui de iure cōtrouerſo ſi qua interdū priuatim conſulentibus reſpondent, ea poſteà publici iuris faciunt: quibus alij quoq; ſimiliter vtantur ac fruantur, in magnarum rerū controuerſijs diſceptādis, vel dijudicandis. Quod verò ego in aliis laudare, & approbare ſoleo: in eo nunc quidem, nō

tam

tam voluntate mea, quàm aliorum iudicio, periculum aliquod facio meũ: quũ non ita pridem domesticis & familiaribus meis, quorum ministerio vtor, liberã dedi potestatem; cõsultationes quasdam, & Iuris quæstiones meas, aliquot libris, secundũ materias suas ritè distinctas, atque compositas, in publicum emittendi. Et quoniam, Princeps Christianissime, primum ex his librum exhibui Illustriss. Celss. Tuæ Patri inclyto AVGVSTO Principi Electori, verè augusto; cuius in Imperio Romano auctoritas, maiestasq; tanta est; vt nõ modò religionis, verùm etiam iustitię & æquitatis Optimus Maximus Patronus, ac veluti Parens quidam, & Pater legum dici mereatur: visum equidem mihi fuit faciendum: vt alterum hunc librum C. T. Illustr. offerrem: tanquam suo hærędi tot, ac tantarum laudum, virtutumq; paternarum; quarum nõ adumbratam quasi imaginem, sed eminentem potiùs effigiem, ac penè ex omni parte absolutam, in excelsa & generosa tua indole elucere animaduerto: vt non minus in

tua, quàm paterna virtute, ac bonitate, omnis Reip. Christianæ, vt Poëtæ verbis vtar, —*Spes inclinata recumbat.* Sperò autem, vel planè potiùs confido, Illustr. C. T. libẽti, ac imò magis benigno animo, qualemcunque hunc libellum excepturum: & egregio parentis sui Augustissimi exemplo, studia hæc vtriusque iuris, tum diuini, tum humani, eiusq; Doctores & Studiosos gratia & liberalitate sua complexurum: sine quibus nec Respub. teneri, nec orbis terrarũ regi potest: vt grauiter censuit sacratissimus & iuris religiosiss. Imperator Iustinianus. Quod quidẽ vt spontè ac libenter faciat Illustr. C. T. submissè eam oro, atq; obtestor, cui ego à Deo Opt. Max. felicitatem perpetuam, & salutem precor sempiternã. ARGENTORATI ex ACADEMIA Calend. Sextilib. M. D. XVC.





AD
CLAR. V. D. NICOLAVM REVSNERVM IC.
Epigrammata.

PETRI ALBINI Niuemontij.

Prisca Modestinum si laudant secula vatem,
Cultor qui iuris, iustitiaq; fuit:
Alciatum memorant si secla recentia vatem:
Qui Musas Themidi iungere doctus erat:
Te meritò iactant, REVSNERE, *hæc secula nostra:*
Par studium laudis quem super astra vehit.

IOANNIS ORTELII Cygnocomæi.

Si felix, REVSNERE, *vir est, si laude suprema*
Dignus, qui rebus consulit ipse suis:
Si primo par est, & dignus laude secundâ:
Qui pâret iussis, consiliisq; bonis:
Cur non è cunctis felix, REVSNERE, *nec vllo*
Casurum nomen tempore solus alas?
Qui studio summo sinuosa volumina iuris
Rimatus, rebus consulis ipse tuis:
Et quia iura doces, dubiasq; resoluere causas
Tot lepidis libris, consiliisq; potes?
Qui legit, & scriptis pâret subtilibus: expers
Laudatæ nunquam prosperitatis erit.

SYMBOLVM ET INSIGNE
Gentilitium NICOLAI
REVSNERI IC.
φέρε καὶ φέρε.



Stella quid hæc? Fatum. Leo quid? Mens celſa. quid iſtuc?
FER SIC FERRE, Deus ferre quod ipſe iubet.

Epigramma

VALENTINI THILONIS

de

REVSNERORVM INSIGNIBVS.

S V*rgit in alta leo,pedib* V S *que ſub aera rapt* V S
T *endit ; & explici* T *o fulgure ſigna geri* T.
Au R *eus in galeâ* R *utilat nitor ille co* R*onæ,*
Et m I *cat ex var* I *â ſorte color* I *s bonos.*
Iam mihi t V*memora ca* V *ſſas de*●*,* *n* V*men olympo*
Quæ tr A *his, & r* A *pidis aſtr* A *revolvis equis.*
Cur leo tam r V *tilum* V *ectat s* V *b ſidera ſidus?*
Aurea quid tan D *em* D *ic* D *ea ſerta notant?*
Subridens quid Re Re? Re*fert:ruit acer in auras*
Vt leo, dum ſuper A *s audet adire domos:*
Sic virtꝰ comitāte F*i* D*e*D*e*D *ucta per altum*
Explicat admerit A *s* A *ure* A *ſerta comas:*
Sic ſocia eſ— T *cer* T *is vir* T *uti gloria pennis,*
Et quaſ— I *ſtellant* I *luce m* I *care facit.*
Aſt ea qui D *clypeum* D *ecorāt mea* D *iva nitentē*
Reuſ- N *eriæ gentis:* N*ec mora,* M*uſa* N*otat:*
Vt leo, RE*uſneridū ſic t* E *ndit ad ardua, ſt* E *llis*
T *uta ſuis, virtus e* T *ſuper aſtra vola* T.

BASILEAE Rauricorum
cIↃ IↃ XVC.

CL. V. & DOCTRINAE, ELOQVENTIAE, VIRTVTISQ. LAVDE PRAESTANTISSIMO, D. NICOLAO REVSNERO, V. I. Doctori, & Antecessori, amico suo singulari.

S. P. D.

SVMMVM tuum erga me studium, & singularis animi propensio omni ex parte se explicat in binis illis literis tuis, quas à te nudiustertiùs accepi. Itaq; rursus in hoc mihi incumbendum esse video: vt meum erga te amorem, beneuolentiamq; vicissim quoquo modo declarem. Siquidem nihil homine, literarum præsertim, & Iuris studioso, indignius esse iudico: quam pari affectione eos non prosequi, qui amicissimè, & fidelissimè se complectũtur. Quod possum igitur, & quod debeo: omnia tibi humanitatis, & amicitiæ officia, quæcunq; à me expectari poterunt, spontè & vltrò defero. nam si qua in re tibi, aut tuis fortassis studio, vel opera, vel etiam ope aliqua mea, aut opibus, vsui & adiumẽto esse potero: vt grati animi in me voluntatem cognoscas, enitar sedulò: ac si minùs cæteris in rebus potero, amore tamen satisfaciam. Quod Philotesia in meo nomine vis apparêre: pergrata est mihi, & perhonorifica ista tuę in me benignitatis testificatio futura: ac ne meis partibus desim, equidem curabo diligenter. Pro hís, quæ misisti, maximas interim ago gratias. nã & elegantia sunt, & erudita. Gratissimum mihi feceris: si omnia illa, quę in lucem emisisti hactenus, occasione data transmittas. Dici enim non potest, quãtoperè delecter scriptis tuis, in vtroque genere orationis: proptereà quòd in oratione soluta optimum dicendi magistrum M. Tull. Ciceronem, in carmine autem præstantissimos Poetas, & feliciter

liciter te imitari, & præclarè exprimere video. Quòd verò etiam Iuris ciuilis intelligentia, atq; omni prudentiæ genere tantum præstas: sicut hoc satis eruditæ tuæ lucubrationes in iure editæ ostendunt: id verò admirabilem quandam, & singularem ingenij tui vim, industriamq; , ac solertiam facilè omnibus declarat. Mitto αὐτόδωρον Latinam Auentini historiam à me nuper redintegratam. Curabo etiam commoda occasione perferri ad te ordinationem supremi Iudicij Imperatorij: magna accessione à me proximis nundinis editam. Plura scribere iam nequeo : cùm ob occupationum molē: tum ob valetudinis imbecillitatem : qua quinque ferè continuos menses defatigor; cuius reparandæ causa cogito in vicinia vestra breui fortassis vti acidulis : quanquam nihil adhuc certi mecum cōstitutum habeo: sed à medicorum pendeo consilio. Quod si fortassis ita futurum est : tunc ad me, vt spero, te euocabo : & de his, aliisq; rebus plura tecum colloquar : de quibus nunc scribere supersedeo. nam planè te videre, & tecum multa conferre gestio. Interim benè & feliciter vale. Heidelbergæ, ipso die Parasceues, anno MDXXCI.

Tuus


NICOLAVS CISNERVS
V.I. Doctor, & Curiæ Palatinæ
Electoralis Proiudex ac
Consiliarius.

INDEX

QVÆSTIONVM, ET CONSVLTATIONVM.

LIB. II.

DISPVTATIONVM INDEX.




NICOLAI REVSNERI LEORINI I. C.

Quæstionum, siue Consultationum Iuridicarum, LIBER II.

De Bonis Ecclesiæ non alienandis.

QVAESTIO I.



VVM quæreretur, An rerum sacrarum alienatio, absque omni solennitate iuris facta, si quoquo modo ea vtilis sit futura Ecclesię, rata & efficax esse debeat, nécne? Respondi, Siquidem probetur, eam planè fuisse necessariam, aut cum magno commodo coniunctam, ratam & efficacem esse videri: sin verò minus, nisi collegium totum consentiat, locum dari posse restitutioni in integrum. Primùm enim satis constat, eam esse † rerũ sa- 1
crarum naturam, & qualitatem, † vt nullius sint in bo- 2

nis, omnique humano commercio exemptæ. §.nul-
3 lius. Inst. de rer. diuis.l.1.D.eod.tit. Quæ idcircò † nec
obligari, nec alio quouis modo alienari possunt: §.sa-
cræ res.Inst.d.tit.l.quod nullius.D.de regul.iur. c.nul-
4 li.de rebus Eccles.non alien. † Adeò, vt si cuipiam aut
venditæ, aut oppignoratę fuerint, omnimodò eas vin-
dicare liceat: nulla emptori aut creditori ad repeten-
dum actione relicta: Auth.qui res.C.de sacros.Eccles.
& Auth.de non alien.aut permut.rebus Eccles.tot.tit.
5 coll.2.& c.non liceat. 12.q.2. † Nam quod semel Deo
consecratum est, amplius ad profanos vsus transferri
non debet: l.inter.§.sacrum.D.de verb.obligat. c.quæ
semel. 19.q.3.r.semel.de reg.iur. in 6.c.mancipia.ex-
trà, de rer.permut.gl.& tex.in c.adhæc. extrà, de relig.
dom.cum similib.ibidem allegatis. Quanquam verò
6 † quibusdã ex causis rerum sacrarũ alienatio permissa
est: si vel necessitas aliqua, vel euidẽs, & manifesta hoc
flagitet Ecclesiæ vtilitas, aut commoditas: Auth.hoc
ius porrectum. & Auth. præterea. C.de sacros.Eccles.
& d.Auth.de non alien.aut permut.reb.Eccles.§.fini-
mus. coll.2. & Auth.de alien.& emphyt. §.& hoc qui-
dem. c.dudum. c.vt super. de reb.Eccles.non alien.in
6. c.non liceat. cum ibid.not.in gl.pen.12.q.2. (Nam
si quid necesse est, de eo, an fieri debeat, omnis iam
inciditur deliberatio: quippe quum necessitas legem
7 non habeat: † c.2.de obseru.ieiun. c.sicut.de consecr.
8 dist.1.& quod permagni interest, † pro necessario sæpe
habetur: vt docet M.Tul.Cicero in partit.Orat.) Ve-
runtamen vt rata sit & firma eiusmodi alienatio, non
9 solùm opus est causæ cognitione, † quã iustam, & le-
gitimam esse oportet: secundum glos.in Sum.in verb.
nunc quæritur. 12.q.2. & Host.in Sum. §. & quibus ex
causis. de reb.Eccl.non alien. sed & decreto, auctori-
tateque Antistitis, & consensu totius Cleri, id est, col-
legarum, & eorum, ad quos ea res pertinet, qui Cano
nici dicuntur: c.sine exceptione.12.q.2.c.1.c.cum tua.
c.cum Apostolica.de his quę fiunt à prælat.& d.Auth.
hoc ius porr.§.quod si nolit. C.de sacros.Eccl. Panor.

in c.

in c.statuimus. de transact. Quæ duo nisi concurrãt in alienanda re aliqua sacra, manifestissimum crimẽ † sa- 10
crilegij committitur: c.prædia.c.quicunque. 12.q.2.c. vlt.16.q.1. c.sunt qui opes. cum trib.seq. 17.q.4. c.benè quidem. 96.dist. Sic enim pleriq; iuris interpretes concludunt, ad hoc, vt rata sit rei sacræ alienatio, duo hæc coniunctè requiri: † causæ scilicet veritatẽ, & for- 11
mæ solennitatem : quarum vna si desit, iure eam vnà cum fructibus reuocari posse: adeoque pœnæ sacrilegij locum esse. Bart.Castren.& Ias. in l.cùm hi. §.eam transactionem. D.de transact. Bald.in l.fin. §.necessitate.colum.5. C.de bon.quæ liber. & in Auth.hoc ius porrectum. C.de sacros.Eccl. & in l.pupillorum. in fi. princ.D.de reb.cred.Alex.in l.etiam.colum.2.D.solut. matr.& cons.68.vol.1. & cons.105.vol.3. Castr.cons.4. vol.1.Corn.cons.181.volum.3. Boër.q.234.num.2.Iul. Clar.in §.feudum.q.33. Quam communem esse opinionem testatur Iason in consil.116. & Socinus Sen. in cons.29. num.8. vol.1. Quos sequuntur Dec.in cons. 143.num.4. & cons.204. nu.[illegible].& cons.282.nu.6. Alex. cons.187.in princ.vol.4. Ruin cons.17.num.5. & cons. 86.num.4.vol.1. Curt.Iun.consil.130.num.3. Schurf. cons.70.nu.3.& cons.90.cent.1. Quanquam nõ ignoro, variè & inconstanter admodum à iuris interpretibus hoc decisum esse : quos omnes aut certè plerosq; refert Ia.Phil.Portius lib.4.com.opin.concl.13. Nam quod alienatio rei sacræ,si nimirum ea expediat Eccle siæ,etiam omissa forma, † & solennitate iuris facta,ni- 12
hilominus valeat : expressè videtur statuere gl. in d.l. cùm hi.& Alber.in d.Auth.hoc ius. C.de sacros.Eccle. Modò euidens sit,& manifesta vtilitas,de qua dubitari non possit.d.c.sine exceptione.vbi Bellemera num.7. Cum quo consentit Barb.in cons.40.vol.1.& Roland. in cons.15.num.16.vol.1.Quò etiam pertinent ea,quę notat Bald.in l.quicunque.C.de bon.quæ lib.Ias.in l. non eò minùs.C.de procur.aliisque in locis compluribus ibidem allegatis.Angel.item in §.fui.in fin.Inst. de hæred.ab intest.ven.Dec.in c.quæ in Eccles.col.2.

cum seq. de constitut. & in c.causam.col.fin.de iudic. Felin.in c.dilectus.de rescript. Quo modo idem Portius sæpenumerò responsum esse refert à Pragmaticis nostris: quorum in numero sunt Ias.in cons.222.col.3. vol.2. Cœp.cons.14. col.2. Socin.consil.80. colum.2. vol.4. Dec.cons.331. colum.2. Angel.cons.vlt.col.fin. Paris.cons.16.colum.fin.vol.1. Ruin.cons.64. colum. 3.vol.1. Roma.cons.453.cum nonnullis aliis, quos ibidem videre licet. Sed & colligendum idem esse videtur ex Concilio Agathensi, cuius hæc verba sunt: Terrulas (inquit) aut vineolas exiguas, & Ecclesiæ minùs vtiles, aut longè positas, Episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem: vt est tex.in c.terrulas.12.q.2. Quin immò si ma-
13 gna, & euidēs inde existat Ecclesiæ vtilitas,† posse eam quēcunq; contractū facere ratum: testis est Innoc. in c.1.de in integr.restit. Et facit text.in c.si quæ de rebus.12.q.2. & gl.in c.1. ne sed.vacan. Et quæ not.Abb. in c.cū causa.in fin.de re iudic.Dec.in c.quę in Eccles. col.2. de constit. Anton.de Butr. in c.si quis presbyt. col.1.de reb.Eccles.non alien. Ias.in d.l.cùm hi.§.eam transactionem.D.de transact.Bald.in l.cùm interdicti. C.de arbitr. Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.1.cau.5. in princ. Did.Couar.lib.2.var.resolut.c.16.vers.cæterùm sequitur. Quòd si verò eiusmodi alienatio cum
14 damno,† & incōmodo Ecclesiæ coniuncta esse videatur, posse eam reuocari, nō est dubium: secundum gl. in d.c.1.ne sed.vacan.cum aliis simil.s.alleg.Idque verum ita esse probatur exemplo minorum: quorū vice
15 † fungitur Ecclesia: c.1. & c.auditis. de in integr.restit. glos.in l.respublica. & ibi Bart. C.ex quib.cau.maior. & Dd.in l.quæ tutores.C.de admin.tut. Vnde à mino-
16 ribus † ad Ecclesiam bona est argumentatio: vt tradit Euerard.in Top.loc.31. Quā ratione etiam in iure ciui-
17 li pia loca † æquiparantur minoribus. l. orphanotrophos.vbi Castr.& Bald.C.de episc.& cler. Quemadmodum igitur negotium cum pupillo contractum, si-
18 ne tutore auctore, † ita demū valet, si è re sit pupilli.l. non

non eò minùs. C.de procurat. qui alios quidem sibi
obligat, stipulando, aut contrahendo: ipse verò non
obligatur, nisi præeunte tutore: cuius auctoritate ta-
men ad acquirendum nunq̃ indiget: vt ait Marcel. IC.
in l.pupillus. D.de acq.rer.dom. Facit l.obligari.§.pu
pillis.D.de auct.tut.& l.Iulianus. §.si quis à pupillo.D.
de act.empt.& l.si id quod.D.de rescind.vend. Eadem
ratio est in negotiis, & contractibus Ecclesiæ: cuius
conditionem meliorem † facere cuiuis licet· deterio- 19
rem non licet. c.1.vbi gl.& Panor.de in integr.restit.c.
2.iuncta gl.de donat. & c.si episcopus.12.q.2. Felin.in
cons.41.num.3.& cons.42.num.4.& 5.vol.1. Ias.cons.
54.num.5.vol.1. Quippe quæ & ipsa alios quidem sibi
† obligat: ipsa verò non vicissim obligatur aliis: adeò, 20
vt, si ea nolit, à contractu non sit licitum recedere cui-
piam, prætextu omissæ solennitatis: quum eadem in-
uita aliàs ad contractum obseruãdum cogi nequeat·
si minùs ei fortassis expediat: arg.l.quod fauore.C.de
legibus.de quo vide latiùs Alexan.& Ias.in d.l.non eò
minùs.C.de procurat. Nam & sententia pro Ecclesia
lata, † etiamsi non accedat auctoritas Antistitis, aut 21
Magistratus superioris, omninò valet: secùs verò, si
cõtra eam lata fuerit, quo casu eam in integrum † re- 22
stitui posse manifestum est. glos.in c.1. ne sede vacan.
& Ioan.Andr.Panorm. Imol. & communiter Dd.in c.
causam. de iudic. & in c.2. de in integr.restit. lib.6. &
in c.relatum. de testam. Quanquã vt in integrum ea
restituatur, manifesta opus est probatione: eam læ-
sam esse.c.1.vbi Butr.num.4.de restit.in integr.neque
simpliciter duntaxat, sed grauiter † læsam esse: vt ait 23
idem Butr.in c.auditis. n.14.eod.tit.& Ias.in cons.32.
num.10.volum.1. & Corn.in consil.181. num.53. vol.2.
quos citat Menoch.in consil.114. num.12. vol.2. Iam
verò, vt ad speciem facti tandem iura hæc accommo-
demus, causa in primis consideranda esse videtur; ob
quam rerum quarundam sacrarum alienatio facta es-
se perhibetur. Ea verò duplex est: vna, pauperum ali-
monia: magna scilicet vrgente fame, & annonæ carita-

te : altera, ſacræ ædis inſtauratio, malè materiata, &
ruinam ferè minitante domo vniuerſa. Quam vtram-
24 que cauſam ✝ iuſtam & legitimam eſſe : & per ſe quo-
dammodò ſolam ad eiuſmodi alienationem ſuffice-
re, minimè eſt dubium : ſi modò alia ratione huic ne-
ceſſitati meliùs ſubueniri nō potuiſſe probetur: l. ſan
cimus. & l. iubemus. 2. vbi Dd. & gl. c. de ſacroſ. Eccleſ.
& c. primo. vbi Imol. de rebus Eccleſiæ non alienan-
dis. in 6. & Barbat. in c. 1. de pignor. in 6. Primùm e-
25 nim propter quod ✝ vnumquodque tale eſt, illud ma-
gis eſt tale : §. & quantum. Auth. de alien. & emphyt.
collat. 10. Atqui ſupellex ſacra, ædium ſacrarum cauſa
habetur : iiſdemq; cum his fruitur priuilegiis: §. mul-
tò magis. C. de ſacroſ. Eccleſ. & c. nouerit. de ſent. ex-
com. Itaque res ſacras alienare licere, ad conſeruatio-
26 nem ✝ ædium ſacrarum, earumq; inſtaurationem, con
ſentaneum eſt. d. §. & hoc quidem. Auth. de alien. &
emphyt. Deinde pietas, ac religio Chriſtiana flagitat,
27 ✝ vt quoquo modo ſuccurratur hominib. egenis, & in
magna neceſſitate cōſtitutis. d. l. ſancimus. & l. ſi quis.
C. de donat. quorum alendorum maximam curam ha
buiſſe veterem Eccleſiam, teſtis eſt Euſeb. arg. l. 1. C. de
epiſc. aud. Vnde bona Eccleſiæ paſſim dicuntur patri-
28 monia pauperū: ✝ c. ſi. 16. q. 1. quemadmodū & Tertul.
in Apolog. opes Eccleſię, pietatis quædā depoſita ✝ no
29 minat: & Imp. egentiū pabula, ✝ inter pias cauſas diſer-
30 tè receſet. §. interdicimus. Auth. de Eccl. Qua ratione
Auguſt. eos, q à ſacris rebus nō abſtinēt manus violen
31 tas, tot homicidiorum ✝ reos futuros ſcribit: quot pau
peres fame mortui fuerint: quia rē à Deo pauperibus
delegatam, ſuis vſibus reſeruēt. c. decimæ. 16. q. 1. Neq;
enim aurum habet Eccleſia, vt ſeruet : ſed potius vt
32 ✝ eroget pauperibus, quoties opus eſt: c. aurum. c. ſa-
crorum. 12. q. 2. Et gloria Epiſcopi eſt, pauperum opi-
bus prouidere: ignominia verò propriis ſtudere diui-
tiis: vt ait Hieronymus in c. gloria. 12. quæſt. 2. Qui a-
lio in loco Exuperium, Toloſatem Epiſcopum lau-
dat, quòd omnia templi ſui vaſa precioſa diſtraxerit:
eamque

eamque pecuniam miseris & pauperis hominibus liberaliter erogârit: quique corpus Christi in canistro, sanguinem in vitro portare solitus fuerit. Quandoquidem aurum sacramenta non quærunt: neq; auro placent, quæ auro non emuntur: vereq; sunt vasa preciosa Deo, quæ redimunt animas è morte: verusq; thesaurus est Domino, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Quò pertinet Bonifacij Martyris illud responsum: qui percunctâti cuidam, an liceret ligneis calicibus vti in Sacraméto: Olim (inquit) aurei Sacerdotes ligneis vasis, nunc lignei Sacerdotes aureis vasis vtuntur: vt testatur Fr. Duar. lib. 6. de sacros. Eccl. min. ac benef. c. 9. Quid? quod & pro egentibus lex † interdum aut corrigi, aut mutari potest? Auth. de non elig. secun. nuben. in prin. collat. 1. & l. assiduus. C. qui pot. in pign. hab. Itaque necessaria alienatio † dicitur, quæ non continetur sub qualibet legis dispositione. Bartolus in l. 3. §. vtrum. D. ad Syllanianum. Marsil. l. 1. §. præterea. num. 86. cum seq. D. de quæstion. quos recenset Bursat. consil. 14. num. 30. vol. 1. Maximè verò famis † ipsius magna est vis, & necessitas: quæ multum operatur, & à multis excusat, de quo copiosè Tiraq. in tract. de retract. consang. §. 26. gl. 1. num. 13. & seq. vt & Did. Couar. lib. 3 variar. resol. c. 14. nu. 4. Nam crudele est, & immane fame † homines necari, & alimonia destitui. l. vt vim. D. de iustit. & in l. necare. D. de alend. liber. Neuiz. consil. 68. num. 39. Dec. consil. 555. nu. 12. Quæ causa est, quod lex permittit patri † facultatem vendendi filij, si is fame laboret: vt est textus in l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. vbi latè glos. & Dd. & Baldus in c. ex rescripto. extrà, de iureiurando. Quod enim in lege † non est licitum, necessitas aliquãdo facit licitum: c. quod non est. de regul. iuris. lib. 6. quod tamen non idcircò in argumentum † trahi debet: l. quæ propter. D. de reg. iur. c. quod necessitate. 1. quæst. 1. arg. l. item quamuis. §. 1. D. com. diuid. Iason in l. 1. §. huius. 5. not. D. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & in l. principalib. col. 2. vers. 4. D. si cert. pet. Verùm enimuerò non so-

33 34 35 36 37 38 39


40 lùm allegari (vt dixi) ſed etiam probari † eiuſmodi neceſſitas alienandæ rei ſacræ omninò debet: quandoquidem hoc non præſumitur † vtilitatis, aut neceſſitatis cauſa factum, niſi probetur: ſecundum gl. in c. dudum. de reb. Eccle. non alien. in 6. Guid. Pap. in deciſ. q. 151. Rebuf. in tract. de alien. rer. Eccle. n. 9. Quod ſanè in hoc caſu probare non admodum difficile fuerit, quũ ſatis conſtet omnibus ciuibus, atq; incolis, patrimonium nullum, aut ſaltem perexiguũ habere Eccleſiam: pleriſq; reditibus adhuc extantibus apud eos, q Præſides ſacrorum, ſiue Commendatores, vt vocant, haberi magis, q̃ eſſe volunt. Quorũ profectò auctoritas non magnoperè videtur neceſſaria: quippe q non
41
42 tam domini, † aut poſſeſſores, q̃ adminiſtratores, & quaſi procuratores ſunt bonorũ Eccleſiæ: etiam quũ iuſtè & legitimè adminiſtrant: d. c. 2. vbi Panor. de reſt. in integ. c. præſentium. de offic. ord. lib. 6. c. duo ſunt. 12. diſt. c. final. 1. q. 3. & 12. q. 1. Nam ſimplices duntaxat
43 adminiſtrationes † eſſe eiuſmodi Eccleſiarũ, quas vocant, commendationes: argumento eſſe poteſt gl. in c. qui plures. 21. q. 1. vbi cit. c. nemo. verb. commẽdare. de elect. lib. 6. Et not. Capit. dec. 3. nu. 5. & Card. Clem. fin. col. pen. q. 12. de procur. qui hab. adminiſtr. & præter hos Fr. Martius in quæſt. 119. & 1240. quos citat Cephal. conſil. 97. nu. 16. vol. 1. Quin immò neceſſita-
44 tis tempore poteſt actus expediri, abſque † conſenſu illius, qui requiri debet. arg. l. tutor, qui repertorium.
45 D. de admin. tut ſicut etiam Epiſcopus † alienare tunc poteſt bona Eccleſię. inconſulto Pontifice, nõ obſtante iuramento de non alienando. Abb. in c. ſi. col. fi. de iureiu. Ac vt maximè eorũ auctoritas neceſſaria fuiſſe dicatur: tñ quoniam Senatus voluntate hoc factum eſt, qui Eccleſiæ patrociniũ ſuſcepit, minimè iſtud improbandum eſſe videtur: exemplo l. & ſuum hæredẽ. §. hodie. D. de pact. Deniq;, vt rem tandem cõcludam, notum eſt vulgare illud: Multa, quæ facere non licet,
46 facta † deinceps valere. l. patre furioſo. vbi latè Iaſ. D. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. cum ſimil. De quo vide
plura

plura apud Panormitan. in c. significarunt. de iudiciis. Cæterùm vt sine magna, & necessaria causa rerum sacrarum alienationem temerè † permitti valde est perniciosum: ita sine auctoritate magistratus superioris, & consensu eorum, ad quos ea res pertinet, aut certè maioris partis, eam non fieri longè est consultius: ne scilicet modus in ea re non adhibeatur: quod plerumque fieri solet: & ne aliâs exemplum noceat Ecclesiæ: cuius ratio maximè habenda est: arg. l. officium. D. de re milit. Fa. text. in c. abbatibus. & c. seq. & c. placuit. 12. q. 2. c. in venditionibus. 14. q. 2. Innoc. Ant. de Butr. & Abb. in c. 2. de transact. Bart. Bald. & alij Dd. in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. Eccles. Atque hæc sanè ratio alienandi † res sacras, vt iustissima, ita tutissima est: quippe quę semper in vtilitatem Ecclesiæ facta præsumitur: auctore Bald. in c. 1. in prin. num. 7. de his qui feu. da. pos. quem sequitur ibi Ias. num. 8. & in cõs. 54. num. 3. vol. 1. Alex. cons. 79. num. 6. vol. 1. Paris. cons. 24. num. 5. vol. 4. Et prolixè tuetur, ac confirmat hanc sententiam Socin. Sen. in cons. 15. num. 27. vol. 1. quos omnes citat Menoch. in cons. 114. num. 14. vol. 2. Sed de hoc argumento plura qui cognoscere cupiunt: pter veteres illos, quorum suprà mentio facta est, legat Sichard. cons. 14. vol. 4. & L. Kirchov. cons. 3. vol. 5. in responsis Francofurtensibus: & si quæ alia extant his similia.

47 48

De Alimentis, & sumtibus studiorum, filio à matre præstandis.

QVAESTIO II.



QVAESITVM est, An mater filiũ alere cogatur in studiis literarum, nec ne? De quo ego rogatus sententiam: respondeo, quæsiti huius duo esse capita. Primum est, de alimentis filio à matre præstandis: alterum de sumtibus studiorum, vtrum appellatione alimentorum veniant, an

non? Quod ad primum caput attinet: non modò na-
1 turalis, † verùm etiam ciuilis ratio suadet: à parentib°
ali oportere liberos: & viciſſim ab ipſis liberis paren-
tes: vt patet ex l. fin. & tot. tit. C. de alend. lib. ac parēt.
vbi gloſ. & Dd. & ex l. fin. §. ipſum autem filium. C. de
bon. quæ lib. vbi apertè docet Iuſtinianus Imperator:
non tam propter hęreditates, quàm propter ipſam na
turam, & leges ciuiles, à parentibus liberos ali oporte
re: & cōtrà parentes à liberis, ſi quidem opus ſit. Cui°
rei ſummam æquitatem demōſtrat Duen. in reg. 367.
lim. 1. & Iac. de Aren. in d. l. ſi quis à lib. in fi. princ. &
Bart. in l. ſi neget. D. de lib. agnoſc. Nam & liberorum
2 educatio † iuris eſt naturalis. c. ius naturale. diſt. 1. & l.
1. §. ius naturale. in fin. D. de iuſt. & iu. ad quam velu-
ti ſtimulus hortatur nos ipſa natura: vt ait Imp. in l. 1.
§. taceat. C. de rei vxo. act. & communis omnium ani-
mantium eſt vt coniunctionis appetitus, ita cura quę-
dam eorum, quę procreata ſunt: vt præclarè ſcribit M.
Tull. Cicero lib. de offic. 1. & Xenophon in Oeconomi
co. Quorum equidem in fœtu, & educatione laborem
quum cernimus: naturę ipſius vocem audire videmur:
ad quam obſurdeſcere velle, impium ac nefarium eſt:
eodem Tullio auctore lib. de Fin. 3. Iure verò ciuili, ſe
3 mutuò alendi neceſſitas † impoſita eſt tam liberis, q̄
parentibus: vt eſt text. in l. 2. D. de fer. & dilat. & in l. nā
etſi parentibus. D. de inoffic. teſta. Auth. licet. ad fi. C.
de nat. lib. Crauet. conſ. 171. num. 3. Quod vſque adeò
verum eſt: vt ſi quis facere hoc detrectet, captis pigno-
4 ribus, † & à iudice diſtractis, ſatisfacere cogatur ſenten
tiæ: vt ait Vlpianus in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens.
D. de lib. agnoſc. cum qua lege concordat l. nec filium.
vbi gl. C. de patr. poteſt. Fa. l. libertis. vbi Bart. §. 1. D. de
alim. & cib. leg. gl. in l. Diuus. in verb. familiæ. D. de pe-
tit. hæred. & in l. fi. n§. ſin autem alienam. C. de bon. q̄
lib. Et not. Alex. conſ. 7. num. 31. vol. 2. & Natta conſil.
48. num. 5. vol. 1. & Ceph. conſ. 280. num. 42. vol. 2. At-
5 que hoc ius ita firmum, ac ſtabile eſt: vt ne pacto † qui-
dem vllo, aut ſtatuto immutari, tolliue queat: vt vult
Dec.

Dec.in l.iura sanguinis.in princ.D. de reg.iur. & Abb. in conf. 75.vol. 1. Calder. conf. 1. sub tit. de pact. sicut nec iuramento † ipso: secundum Bald.in l.pactum.C. 6
de collat.in fin.& in l.si quis. C. de pact. col. 3. Cæterùm hoc, quod dixi, nō solùm habet † locum in iis, qui 7
parentes naturâ sunt, vt & liberi: cuiuscunque gradus, aut sexus fuerint: Auth.si pater.in fi. D. de incest. nup. & l.4.D. de in ius voc. l. liberorum appellatione.D. de verb.signifi.l.1.§.& generaliter.D.de legat.præstant.& c.2.extr.de verb.signif. Verùm etiam obtinet in his, q. sunt loco † parētum, aut liberorum: vt sunt socer, & so 8
crus, gener, & nurus: vt not.Ang.Instit.de iu.nat.gent. & ciu.in princ.col.3.Et fa.text.in d.l.4.D.de in ius voc. & §.alia.vbi gl.Inst.de pub.iud.& in l.si filia.§. hoc am plius.D.Famil.hercisc.& gl.in l.si quis. §. non tantum. in verb. cætera onera.D.de agnosc.lib.sicut & de omni bus hæredibus † & successoribus hoc accipiendum es- 9
se notat Castr.in l.si marito.§.si voluntate.in fi.D. Solut.matr.& Socin.in l.Marcellus.§.res quę. n. 2. D. ad Trebell.&Curt.in Auth.res quę.n.30.C.Com.de leg. & Rip.in l. filiusfam. §. Diui. n.43.D. de leg.1.Bertra. conf. 110.n. 5. vol. 1. Rolan.conf. 54.n. 65. vol. 2. Sic & mater † non solùm ex æquitate naturali, caritateque 10
sanguinis, vt Vlpianus loquitur: sed multò magis ex necessitate quadam iuris ciuilis, liberos etiam vulgò quęsitos, nedum ex legitimo natos matrimonio alere cogitur: d.l.si quis à liberis.§.idem in liberis.& §.si ma ter.D.de lib.agnosc.vbi Bart.& comm.Dd.& concord. text.in Auth. vt liceat matri, & auiæ. §. illud quoque. coll.8.Præsertim si ea sit vsufructuaria † bonorum filij 11
sui.d.l.fin.§.ipsum autem filium.& ib.Bald.& §.vbi au tem.C.de bon.quæ lib.& in l. fœminæ. §. illud. C. de secun.nupt.& Bart.in l.alimenta.C. de negoc. gest. & in l.Nesennius.D.eod. tit. Neq; refert, tametsi per di uortium † sit solutum matrimonium: Auth.si pater.C. 12
Diuort.fact.apud quem lib. educ. deb. gl. in c. quum haberet.de eo qui dux.in matr.poll. per adult. iuncta gl.in l.3. C.de alen.lib.& gl.in c. ex literis.de conuers.

iusid. Quin immò verò, quod amplius est, si mater ad secunda vota transeat: non reddita priùs ratione suæ
13 administrationis: non solùm dos ipsius,† verùm etiam bona noui mariti tacitè quodammodò pro alimentis obligata sunt liberis, ex priori matrimonio natis: vt probat text. in l. si mater. vbi Bart. C. in quib⁹ cau. pig. tac. contrah. & in l. 2. §. sed ne sit facilis. cum not. per Bald. C. quan. mul. offic. tut. fung. & in §. si autem tutela. & §. nos autem. Auth. de nup. coll. 4. Quo in loco scribit Imp. Iustinianus: mulierem deserta liberorum tutela contra sacramentum, & rationibus nōdum red-
14 ditis, ad secundas nuptias conuolantem,† tria maxima negligere, & Deum, & defuncti memoriam, & liberorum caritatem. Quibus consentaneè docét Socin. in cons. 180. col. 2. Pet. Anchor. cons. 316. Dec. cós. 591. & alij complures iuris interpretes: quos Porcius allegat com. opin. lib. 3. cons. 5. Quòd si igitur non sufficiant fructus patrimonij liberis: de suo alere eos tenetur mater. l. 3. §. fin. C. vbi pupill. educ. deb. sed in sub-
15 sidium tantùm: † nimirum vt suppleat ea, quæ patrimonio desunt: vt paulò pòst dicetur: in quo iudicis
16 †officium implorari posse scribit Bart. in l. non quemadmodum. D. de lib. agnosc. Porrò alimentorum appellatio (vt ad alterum caput huius quæstionis iā ac-
17 cedam) generalis est: & complectitur † ea omnia, quibus viuendi, curandíue gratia corporis, animique nostri vtimur: vt sunt cibus, potus, vestes, habitatio, & alia, quæ ad vitæ sustentationem sunt necessaria. l. legatis alimentis. D. de alim. & cib. leg. l. verbo victus. l. cætera. D. de verb. signif. Adeoque omnia ea, quę non tam homini, quàm humanitati satis sunt, vt Varro loquitur.
18 Quo in genere sumptus † studiorum rectè computantur: sec. Bart. Ias. Castr. & alios in l. cum hi. §. qui trāsigere. D. de transact. & in l. legatis. D. de alim. & cib. leg. Quandoquidem nulla est melior, aut expeditior hu-
19 manitatis † comparandę ratio: quàm doctrina liberalis: cui non immeritò eandem ob causam, totius antiquitatis consensu, humanitatis nomē impositum est: vt

vt testis est A. Gellius lib.13.c.15. Quippe quæ,vt Naso canit, *Emollit mores,nec finit esse feros.*
Adeò, vt quo quis doctior est, † eò plerunq; sit humanior:vt not.Ale.in l.vt responsum. C.de transact.n.11. 20
At verò repugnare huic rationi videtur Iaboleni lex illa vulgata in Pandectis, in qua, legatis alimentis, cibaria quidem, & vestimenta, & habitationem deberi affirmat: quòd sine his ali corpus nequeat: cætera verò,† quę ad disciplinam pertinent,legato minimè cõtineri ait.d.l.legatis. D. de alim. & cib. lega. Quam ad 21
obiectionem respondeo cum gl. verum quidem hoc esse, quoties agitur de materia odiosa: secùs autem, quoties fauore opus est:vt in alimentis: quorum causa est pia,† & fauorabilis:sec.Dec.in cons. 72.col.2. & 22
Crauet.in cons.72.n.10. post Bart.in l.alio.D.de alim. & cib. leg. quos sequitur & citat Menoch. in cons. 72. n.13.vol.1. Atque hoc ipsum quoq; notat Bart. & Ant. de Butr.in d.l.legatis. Quod idcircò tunc magis obtinere debet:quum iure † sanguinis,& naturæ, quod im 23
mutabile est,ex legis dispositione,hoc quodammodò debitum contractum est:vt ait Alciat.in d.l.cætera. n. 2.D.de verb.signif.Quod vel maximè in parentibus locum habet: qui non solùm alimenta præstare liberis debent: sed & in studia literarum, cæteraque omnia, quæ disciplinæ, & vitæ honestæ necessaria sunt, libenter sumptus erogare:idque pro modo facultatum:† se 24
cundũ Paulum IC.in l.de bonis.§.pen.D. de Carbon. edict.Cum qua consentit l. cum plures.§. cum tutor. D.de admin.tut.& l.Attilius. D.de donat. & l. qui filiũ. D.vbi pupil.educ.deb.Nam parẽtes † vt corporum,ita 25
animorum quasi satores sunt:quos multò satiùs est rectè curari:quàm corpora ipsa:arg.l sancimus.in fin.C. de sacros.eccl. vbi dicitur, animas hominum † omnibus pecuniis,atque diuitiis præferri oportere.Et not. 26
M.Mantua in cons.27.n.4.& cons.158.n.3.& cons.174. n.21. Quò accedit fauor publici commodi:cuius † ratio semper in omnibus habenda est maxima: Authen. 27
res quæ.C.Commu.de lega. Romul.in l.filiusfam.§.

Diui.D.de lega.1.num.34. Nam & Reipublicæ munus
28 eſt neceſſarium, educare liberos,† non minùs ac gigne
re.l.1.D.Solut.matrim.& intereſt Reipublicæ:ad ſpem
29 eius † quàmplurimos in bonis diſciplinis erudiri: §.
vlt.in Proœm.Inſtit. Plat. & Dd. in l.1.C.de his, qui ſe
30 æta. excuſ. quippe ſine quibus † orbis terrarum regi
non poſſe videtur:arg.Auth.habita.vbi Rebuff.C. Ne
fil.pro patre.& Panorm. not.in c.de multis verb.ſub-
limis.de præben.Neq; enim parentibus ſolùm, & no-
bilmetipſis in hanc lucem naſcimur: ſed multò magis
31 patriæ,† & Reipub.vt egregiè ex ſententia Platonis, &
Ariſtotelis, & M.Tullij diſputat Vlpianus in l.1.§.& ge
neraliter.in fi.D.de vent.in poſſeſſ.mitten. Quæ cauſa
eſt,quod idem Plato lib.7.de legib.liberorum alendo
32 rum atque inſtituendorum curam †non priuatam,ſed
publicam eſſe debere cenſet: quæ quàm diligenter
ſuſcipienda ſit, & retinenda in ciuitate: grauiter ſanè
& copioſè poſt Platonem docet Ariſtoteles lib.Polit.
8. Et Paulus Iuriſc. probat hoc exemplo ciuium quo-
33 rundam Romanorum: † quibus diſciplina liberalis,vt
& ars militaris, ſemper antiquior fuerit, quàm caritas
liberorum.l.poſtliminium.§.filius.D.de capt. & poſt-
34 lim.reuerſis.Quid?quod cauſa dotis,& ſtudiorum †in
iure æquiparatur? Bart. Iaſ. Alex. & commun. Dd.in
l.1.in fin.D.Solut.matrim . Quemadmodum & iiſdem
35 fruitur priuilegiis † cauſa alimentorum: quibus cauſa
dotis fruitur:vt probat idẽ Bart. per text.in l. aſſiduis.
§.exceptis.C.qui potio.in pign.hab.Nam vtraque ſa-
36 nè cauſa pia † eſt aut ſaltem piæ cauſæ ſimillima: iux-
ta text.in c.1.§.donare. Qual. ol.feud.l. vſibus feud.l.
cum is.§. ſi mulier.D.de cõdict.indeb.& l.Mela. verb.
pietatis intuitu.vbi gl.Bart.& Dd.de alim.& cib.lega.
Bal.in l.mandatum.col. 4. C. mandati.& in l.ſicut ab
initio.in fin.C.de act. & oblig. Et not. Dec. conſ. 72.
col.2.Crauet.conſ.199.n.10. Vveſebec.conſ.80.vol.2.
Tiraquel.de priuileg.piæ cau.in fi.princ.cum ibid. al-
leg.Euerar.in Top.loc.27.& 29. Imò verò alimentorũ
37 cauſa,vt & ſtudiorum,fauorabilior † eſt,quàm dotis:vt
per

per Dec.in l.si certis annis.col.3. num.8.C. de pact.& ibid.per Curt.n.8.Socin.n.l. Marcellus. §: res quæ.n. 2.D.ad Trebelli. Sicut etiam magis necessaria est: † vt 38
per eundem Socin.ibid.arg.l.necare.D.de lib.agnosc. quem refert,& probat Cephal. conf. 485. num. 87. & 88.vol.4. Præsertim cùm is, qui agit, ita pauper est: vt
aliunde † non habeat,quo se alat:vt ait Bart.in l.Titio. 39
n.5.D. de alim. & cib.leg.Bald. in l.illud. C. de sacrosf. eccles.Fr.Aretin.cons.97.n.2.Hotoman.cons.1. vol.1.
Ac proinde vt mater † filiam dotare cogitur,ex iudicis 40
officio.l.fin. C. de dot.promiss.l. qui liberis.D.de rit. nupt.l.1.Sol.matrim.vbi Dd. & maximè Ripa n.79. & n.82.Auth.res quæ.C. com. de lega. & not.Alex.in l.à filio.n.5.D.ad Trebell.& Bald.nouell.de dote.patte 6. priuil.3.n.3. quem refert Cephalus cons.191.n.4. vol.
1.Ita filio sumptus studiorum † subministrare tenetur. 41
l.de bonis. §.non solùm.D. de Carbon.edict. vbi Dd.
Sed hoc tamen pro modo † facultatum paternarum, 42
& suarum.l.Macedonianis.C.ad SC.Macedon.l. si qs à liberis. §. si quis ex his. & §.solent. vers. alimenta.D. de lib agnosc.& in ea lege,in §.de alimentis.ibi quantum sit in facultatibus. Qui sanè modus ex quantitate
redituum potiùs,† quàm ipsius patrimonij ęstimatur. 43
l.ius alimentorum.D. vbi pupill.educ.vel mo.deb. vbi dicitur, non vniuersum reditum patrimonij in alimeta decernendum esse:sed semper aliquid ex reditu superesse debere. Et expreßè hoc tradunt Bart. & Ang. in l.Imperator.in fi.D.ad Trebel.& in l.cum alimenta.
D.de alim.& cib.leg.Aut saltem ad modum † legitimæ 44
hoc computatur:quę & ipsa iure naturali † pro alimé- 45
tis debetur.§. prohibemus.vers.non licebit. Auth. de tri.& semiss.l.cum ratio.D. de bon.damnat. Cyn. in l. sancimus.col.2.vers.Item quia.C.de nupt.Ang.& Rō. in l.qui bonis.D.qui bon.ced.poss.& idem Rom.cons. 510.propè fin.Ceph.cons.498.n.23.&seq.vol.4. Idq;
verum est,quandiu durat cursus studiorum: † l. inter. 46
D.de solut.Bart.in.l. cum vnus.§.vlt.D. de alim. & cib. leg.Bald.l.2.C.de alim.pub.præst.Corn.cōs.128.n.9,

vol. 3. Non secùs, ac militi alimenta debentur, quoad militat: l. 1. & tot. tit. C. de testa. milit. Nam magnam cũ
47 militia † iuris habet similitudinem ipsa studiorum ratio: vt not. Vvesebec. d. con. 80: idque probat Euerard. in Top. loc. 22. per l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iud. vbi Imp. Leo & Authemius aduocatos comparat militibus: eosque non minùs prouidere ait humano generi: quàm si præliis, atq; vulneribus patriam, parentésque saluarent: propterea, quòd laborantium spem, vitam, & posteros, imperialis auctoritatis confisi munimine, defendant. Et not. ib. Bald. & Plat. & Dd. in l. 1. C. qui æt. vel profes. lib. 10. Quod vsque adeò verum
48 est: † vt pecunia filio alicuiꝰ in Academia mutuò data, pro alimẽtis necessariis, à parentib. iure repeti queat: non obstante exceptione Senatusconsulti Macedoniani. d. l. Macedonianis/& l. sed Iulia. §. proinde. D. ad SC. Macedon. Tametsi filius inuitis parentibus quodammodò studiorũ causa versetur in Academia: quo-
49 niam pro ea parte † tunc satisfacere coguntur: qua fortassis ei domi opus foret. l. 3. §. proinde. D. de in rẽ verso. c. ex parte. & ibi CCæ. de accusat. Cęterùm quę hactenus de alimentis filio à matre præstandis dicta
50 sunt: † ita demum valent, quemadmodum suprà dixi: si filius non habeat sufficiens patrimonium: vnde se sustentet: vt in hoc casu nostro: Bart. in Auth. res quæ. C. commun. de lega. & in tract. de alim. coll. 2. Ang. in §. fuerat. col. 12. Inst. de actio. Tunc enim in subsidium mater vt dotare filiam, ita alere filium cogitur: l. fin. vbi gl. Bald. & Ang. not. C. de dot. promiss. Ang. & Ias. in d. Auth. Res quę. C. comm. de lega. Ceph. cons. 105.
51 n. 31. & cons. 191. n. 4. vol. 1. Nam si aut † ex patrimonio suo, aut ex artificio is commodè viuere possit: eo casu mater alere filium non tenetur. Bald. & Aret. in l. alimenta. n. 2. C. de nego. gest. Bar. in l. 5. §. si mater. D. de lib. agnosc. & in l. 1. C. de mendi. vali. lib. 11. Salic. & alij Dd. in l. nec filium. C. de pat. potest. Specul. in tit. q. fil. sint. legit. vers. Et not. quod alimenta. Abb. in c. 2. de conuers. infid. Socin. cons. 161. vol. 2. Schurf. cons. 36. in fi.

in fi.cent.2.Natta conſ.48.num.8. vol. 1.& conſ. 644.
nu.8.vol.4. Quemadmodum nec pater ipſe † alere co 52
gitur filiũ: qui ſe ipſum exhibere poſſit.d. l.5.§.ſed &
filius.D.de lib.agnoſc.Bald.in l.vlt.cir.fin. C. de bon.
quæ lib. Communis enim eſt iuris regula: alimenta
† nemini deberi: qui habet aliunde, quo ſe alat. Ang. 53
in l.vnica.§.cum autem.C. de rei vxor.act. & in Auth.
de reſtit.verb. pro ſuſtentatione ſui. Alex. in l. ſi quis.
§.vlt.D.de agnoſc.lib.& in conſ.48.nu.2.vol.3.& conſ.
72.num.9.vol.3.& conſ.27.num. 2. vol.4. Bald.conſil.
30.vol.2. Crauet.conſ. 199.n.5.Socin. conſ.64.vol.4.
Vveſebec.conſ.26.n.43.vol.1. Niſi tamen alimẽta † nõ 54
tam ex legis, quàm hominis prouiſione debeantur: e-
tiāmſi aliunde ſe quis alere queat.ſec.Bart. in l. liber-
tis quos.§.1.D.de alim. & cib.lega. & Caſtr. aliiq; Dd.
in l.diuortio.in princ.D. Solut. matri. Bald. item & A-
lex.in l.de alimentis.C. de tranſact. quos refert, & ſe-
quitur Ruin.in conſ.8 .n.5. vol.2. Prouiſio enim ho-
minis † tollit prouiſionem legis.l.vlt.C. de pact. con- 55
uent. quatenus ſc. † ea expreſſa eſt: vt comm. Dd. in 56
hac regula tradunt:& quatenus legis prouiſio non eſt
plenior:vt not.Bart.in l,1.§.vnde quæritur.D.de publi
ca.Et Bald. in l.certi iuris.C.Locati. & Ang.in §. item
Seruiana.col.2. Inſt.de actio.Quando † autem quis a- 57
liunde ſe alere poſſe dicatur: vide Bald.conſ.30.vol.2.
& Crauet.cõſ.199.n.6.& Socin.conſ.64.vol. 4.& Me-
noch. conſ.8.n.22. vol.1. Quibus omnibus hoc modo
rectè (vt opinor) concluſis: ſic equidem cenſeo: ali-
menta filio matrem debere, in ſtudiis literarum ver-
ſanti: quantum omninò opus ſit: & quoad eius fieri
poſſit.d.l.legatis. & d.l. cum plures. Præſertim quum
hoc † ipſum quoq; patrẽ voluiſſe probetur.l.niſi aliud. 58
D.de alim.& cib.lega.quantumuis repugnante admo-
dum,& inuito vitrico: qui vt onera & damna, † nomi- 59
ne priuigni, ſubire non cogitur.l.3.§.vitricus.D.de mu
ner. & honor. Ita emolumẽta & cõmoda † eius, ex re 60
matris, abſq; fraude ipſi⁹, ad eũ profecta, nulla ratione
impedire poteſt, aut debet.l. ſi filiusfamiliâs. §. mari-

tum.in fin.D.Solu. matri. Quũ vehementer iniquũ ſit,
61 ſecundũ Papinianũ, alteri per alterum † iniquam cõdi
tionẽ afferri:l.nõ debet.iunct.gl.cum alleg.ibid. D. de
reg.iur.l.poſt conſtitutum. D.de re iud. Aut ſaltẽ odio
62 † prægrauari alieno:l.ſi.quis.§.legis.C.de inoffi.teſtã.
l.ſancimus.C.de pœn. Eamq́ue ob cauſam, quod be-
63 nignè † confertur,fraudis cõſilio, reuocari nõ debeat:
l.ad res donatas.D.de Aedilit.edic.c.veniẽs.de ſi.preſ-
64 byt.neq; cuiquã inuito † ius ſuum auferri:§.fin.Inſtit.
de his qui ſunt ſui vel ali.iur.l.2.§.ſi quis.D.Ne quid in
lo.publ. Quo ſanè iure ſuo qui vtitur, nemini iniuriã
65 † facere videtur:l.nullus.D.de reg. iur.l. iniuriarum.§.
1.D.de iniur l.1 §.deniq;.D.de aq.plu.arcen.c.cum Ec-
cleſia.de electio. & cleri poteſtate,cum aliis ſimilibus.

De Iure priuilegioq́; Scholarum & Scholaſticorum.

QVAESTIO III.



VAESTIO eſt,An ſcholæ literarum,piorum locorum appellatione veniant? & An priuilegia piis locis data,ſcholis competant,nec ne? Quæ ſanè quæſtio multùm agitata à Iuriſperitis: & ab his non vno & eodem modo deciſa fuit: vt teſtis eſt Iac. Phil. Portius Com.opinio.lib.5.concl.6.Sed res,vt mihi quidem videtur,plana eſt,atque expedita: quæ vt meliùs intelligatur, definitione opus eſt.Pia loca vocãtur ea,
1 † quæ aut ſacra ſunt, ac religioſa:cuiuſmodi ſunt tẽpla & Cœmeteria.§.ſacræ.Inſtit.de rer. diuiſ.l. ſancimus. C.de ſacroſ.eccleſ.l.4.C. de ſepul. viol.l.2. & 4. D. de relig.& ſumpt.fun.Aut quæ pietatis,caritatiſq; operibus exercendis deſtinatã ſunt. Io. Andr.& Card. in. c. Ioannes.de teſta.Specul.in tit. de inſtrum.edic.§. nũc aliqua.n.62.Quorũ in numero ſunt hoſpitalia, & cœnobia, & collegia, aliaq; eiuſmodi loca: in quibus aut ſenes,aut infantes,aut pauperes,aliǽue perſonę miſerabiles

rabiles aluntur:aliaq; opera caritatis Christianę exercétur.vt est text.in l.illud.vbi D d.C.de sacrosſ. Eccl.Et not.Abb.in c.fin.n.2.de testa.Alex.conſ.209.col.1.vol. 2.Roma.consil.477. col.pen.in fin.Euerard.in Top.c. 31.Iam verò quid aliud sunt scholæ † pietatis,& litera- 2
rum, quàm principia quædam Ecclesiæ, & seminaria Reipubl. Christianæ? Quæ autem maior est pietatis,
† & caritatis exercendæ ratio: quam religionis, & vir- 3
tutis,aliarumq; bonarum artium,& linguarum cómunicatio? Quæ sanè in scholis potissimùm locũ habet:
in quibus † vita hominum & ad obediendum Deo, & 4
ad parendum magistratibus informatur:vt grauiter, & omnino verè dixit Imperator in Auth. habita. C.Ne filius pro patre.Vt non immeritò eiusmodi loca,in qbus hæc opera fiunt, pia † & venerabilia cẽseri debeãt: 5
secundum Bald.in l.id quod.21.quæst. C.de sacrosſ.eccles.etiamsi priuilegia nulla habeant:vt sentit Petr. de Anchor.in c.auditis.quæst.11. C.de rest.in integr.Quã eandẽ sententiam cõfirmat Dec.conſ.82.col.3. Card. conſ. 222.Petr. de Peruſ. in tract.de Canon.port. art. 2.quæst. 2.Nam cui conuenit definitio,† eidem quoq; 6
definitum conuenit:exemplo l.quæsitum. D. de re iudica. Adeò vt argumentum eiusmodi non modò probabile:sed necessarium † esse dicatur:vt not. Euerard. 7
in Top.loc.44.per l.1.§.dolum. vbi Bart. D.de dolo.& l.fin.iun.gl.D.de verb.signif.& 27.q. 2. in princ. & probatur in c. dudum. de elect. Atqui vt concedatur sanè (sed absque præiudicio veritatis ipsius) scholas & collegia literarũ nõ esse pia loca:† q alicubi statuere vide 8
tur Bal.in l.illud.col.1.C.de sacrosſ.eccl.& in Auth.hoc ius porrect.col.2. & ibi.Paul. Castr.col.1.eod.tit.Et pter hos Alex.cõſ.29.col.pen.vol.4.& cõſ.120.col.2.vol. 1.Iaſ.cõſ.218.col.1. vol.2.Soc. cõſ. 72.vol.4. Pariſ. cõſ. 34.n.28.vol.4. quos refert vnà cũ qbusdã aliis Porc.in 5.alleg.loc.Cui⁹ sanè rei plerũq; hęc solet reddi ratio: 9
† q in his personæ quodãmodò viuũt seculares,quib⁹ cõiugatos esse liceat,vt vult Fel.in c. 2. in fi.de for.cõpet.cui astipulatẽ Rõ.in cõſ.233.Quasi verò cõtra,vel p-

ter finem & vſum piæ cauſæ ſit coniugium: quod diui-
10 ni, † & humani iuris quædam communicatio eſt: ſecũ-
dum Modeſtinum in l. 1. D. de rit. nuptiar. & idcirco
11 quod per ſe ratum eſt, non facit irritum: † exemplo. l.
plerique. D. de in ius vocan. Sed vt vt tamen hæc ſe ha-
beant: ſanè legata eiuſmodi, quæ ſcholis, & collegiis
12 relicta ſunt ad pios vſus, † & ad piam cauſam relicta
eſſe videntur: vt tenet Bald. in l. ſi quis. col. 12. in princ.
C. de epiſc. & cler. Pariſ. in conſil. 34. col. 2. volum. 4.
Corn. conſil. 10. num. 25. volum. 4. Vveſebecc. conſil.
28. num. 26. volum. 1. Quippe quæ debentur pauperi-
bus, & religioſis, aliiſque hominibus, qui fauorem piæ
13 cauſæ merentur: propterea, † quod ſeruiunt Eccleſię,
& ſocietati communi, maximè in erudienda iuuentu-
te: in quo plurimum momẽti ſitum eſt. Bald. in Auth.
ſimiliter. C. ad L. Falcid. Bertrach. in tract. de epiſc. nu.
38. col. 68. Tiraquel. in tract. de priuil. piæ cauſ. Me-
noch. in remed. 15. recup. poſſeſſ. nu. 24. Sed & ea, quæ
14 hoc modo relicta ſunt, † pro anima cenſentur relicta:
vt dicit Corn. in conſ. 108. n. 6. vol. 3. & conſ. 18. nu. 13. &
15 ſeq. vol. 4. Et ſtudiorum cauſa † vt fauorabilis, ita piæ
cauſæ valdè ſimilis eſt: vt multis hoc argumentis pro-
bat Tiraq. de priuil. piæ cauſæ, ex doctrina Bart. Bald.
Ang. Iaſ. & aliorum in l. 1. in fin. D. Solu. matrim. & in l.
nec non. in princ. D. Ex quibus cau. maio. in integr. re-
ſtit. Quibus omnibus hoc modo conceſſis, manife-
ſtum eſt, iiſdem ſcholas literarum gaudere priuilegiis,
16 † quibus res ſacræ fruuntur: non ſolùm quò ad hono-
res, & annua ſalaria: verùm etiã quò ad immunitates,
& fori aliquam præſcriptionem. Sic enim reſcripſit ex
preſſis verbis Imperator Conſtantinus Magnus in l.
medicos. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. Medicos (in-
quit) & Gammaticos, & alios profeſſores literarum, &
17 doctores legum, † vnà cum vxoribus, & liberis, rebuſq;
ſuis omnib. quas in ciuitate poſſidẽt, ab omni functio
ne, & ab omnib. munerib. ciuilibus, publiciſue, immu
nes eſſe pręcipimus: & neq; in prouinciis hoſpites re-
cipere: neq; vllo fungi munere: neq; ad iudiciũ dedu-
ci, nec

ci,nec eximi,iniuriámue pati. Quòd si quis eos vexauerit,pena digna,arbitrio iudicis plectetur. Mercedes quoque iis,& salaria reddi iubemus: quò faciliùs liberalibus & bonis artibus quàmplurimos instituant.Hactenus Constantinus Imperator: quem secuti sunt in eo Diui Impp. Honorius,ac Theodosius:& alter deinde cum suo Valentiniano Theodosius:l.vlt.C.de profess.& med.lib.10.l.archiatros. C.de metat.lib.12.Fac. l.vlt.§.fi.D.de mun.& honor.l.ab his.D.de vacat. mun. l.vnica. C. de stud.lib. vrb. Rom. Quò etiam pertinet Friderici I.Cæsaris noua cõstitutio,de scholis,earúmque priuilegiis:quæ extat in Auth.habita. C. Ne filius pro patre:vbi expreßè dicitur:Securè (id est, sine omni exactione,aut pignoratione)eos,qui in studiis literarum viuunt,habitare,& ad alia loca peruenire debere: vt scilicet immunes sint ab omnibus vectigalibus: tam in viis faciendis,quæ pedagia vulgò nominantur: quàm in aliis rebus liberè,& sine cuiusquam interpellatione perfruendis:vt not.gl.in d. Auth. habita: arg.l. si quando.D.de lega.1.& l.4.D.de public. & vectig. & l. vniuersi.D.de vect.& commiss. Quum vtrobiq; sit eadẽ ratio: vt quandiu in gymnasio sunt scholastici: tandiu in via esse censeantur:secundũ Dd. in l.cum filiusfam. vbi Alc.D.Si cert.peta.Principũ enim beneficia† quàm 18
latissimè interpretanda sunt.l. 5.D.de legibus & const. princ.l.2.§.meritò.D.Ne quid in loc. pub.l.si quando. C. de bon.vocan.Præsertim si ea sint iuris communis: † quantumuis contra regulam communem concessa: 19
vt not.Ant.de Butr.in c.olim tibi. in fi. de verb. signif. Secùs verò est, si ea priuata sint, aut omninò singularia:quæ strictè † sunt interpretanda:c. priuilegia.3.di- 20
stin.c.1.de fil.presby.Bart.in l.1.in princ.per illum textum.C.de leg.Nam iniquum est,† quod fauore conce 21
ditur,in odium retorqueri.c. quod ob gratiam.vbi latè Din.de reg.iur.in 6.l.quod fauore. C.de leg.l. plures.in fi.C.de fid.instrum.l.1.§.accedit.C. de rei vxor. act. Quomodo & Imperator absurdum esse dicit, ac temerarium:liberalitatem principalem subtili & astu-

22 ta interpretatione nō augeri potiùs, † quàm diminui: vt est tex. in l. fin. circ. med. C. de præpo. agen. in reb.
23 lib 12. Quandoquidem proprium est Principis, † liberalitatem exercere. c. 2. de donatio. Et not. Albert. & Bald. in l. fin. D. de constit. princ. & idem Bald. tradit in l. vni. §. cum autem. in fi. C. de cad. toll. & in l. etiam in legatis. C. ad L. Falcid. Qui si augendæ rei alicuius causa aliquid indulsit: id operari diminutionē nullo modo debet. l. si mancipia. in prin. D. de fund. instruct. cū sim. alleg per Brunum in tract. de diminutione. col. 2. vers. Idem etiam est: quem citat, & probat Cephal. cons. 77. num. 5. vol. 1. Ex quibus omnibus liquido apparet: quid in proposita facti specie, de vectigali vini
24 persoluendo, iudicandum sit: à quo † sanè, vt & aliis tributis ac muneribus extraordinariis, veluti immunis est ecclesia: l. placet. C. de sacros. eccl. l. 2. C. de episc. & cler. c. ecclesiarum. 1. q. 2. c. vlt. de vit. & hon. cler. Guid. Pap. q. 83. Ita scholas literarum, quæ sunt plantaria, & seminaria Ecclesiæ, & armamentaria veluti quædā rerum publicarū, minimè eo grauari oportet. Quia ge-
25 neraliter omnia priuilegia, † quæ ecclesiæ competūt, aliis quoque locis piis, & maximè scholis literarū com petere manifestum est. Qua de re est textus valdè notabilis, in l. omnia. vbi Bart. C. de episc. & cleri. & in §. pro temporibus. Auth. de ecclesiast. tit. coll. 9. & l. cū illud. iunct. gl. C. de sacros. eccles. Cui sententiæ subscribit Io. Andr. in c. 2. de in integr. restit. libr. 6. quem refert & sequitur Panor. in c. relatum. de testam. & in c. 1. de in integr. rest. De quo plura vide apud Euerard. in Top. legal. c. 32. Sed & cōmunis huic rei, & passim recepta consuetudo suffragatur: quæ optima est legum
26 † interpres. l. si de interpretatione. D. de legib. & q̄ longissimi confirmat tēporis præscriptio, & vetusta possessio: l. 4. in fin. D. de publ. & vect. vt nullo propterea
27 † iure ciuili, siue prouinciali, ea tolli posse, aut debere videatur. l. cœpta. D. de vsucapio. Cęterùm quòd ciuitatum quarundam, & prouinciarū obiicitur consuetudo contraria: id nullius momenti est. c. frustra. dist. 8.

Nam

Nam alia est iuris,† alia facti quæstio.l.quoties.vbi gl. 28
D.qui satisd. cogan.vt non tam quid fiat,† quàm quid 29
fieri debeat,considerandum esse videatur. l. sed licet.
D.de offic.præsi.Paria enim sunt,† aliquid non fieri,& 30
non rectè,vel legitimè fieri.l.2.C.de success.edict.Ias.
Auth.ex causa.col.3.C.de liber præter.cum vulg.Neque verò exemplis,† sed legibus iudicandum est.l.nemo.C.de sent.& interlocut. contra quas quæcunque 31
fiunt,† ea pro infectis habenda sunt.c.quæ contra. de 32
reg.iur.in 6. & l.non dubium.C.de legib.l.iubemus. §.
prædia. C. de sacrosf.eccles.l.vnica. C. qui pro sua iurisdict.iudices dare,darive possunt.Bart.in l.sed licet.
D.de offic.præs.

De Donatione mille aureorum Xenodochio, sine insinuatione, facta.

QVAESTIO IIII.



MANIFESTISSIMI iuris est, in omni donatione, † quæ purè ac simpliciter fit inter viuos, solius liberalitatis,& munificentiæ exercendæ causa: si quidem ea superet quingentos aureos: insinuationem, † hoc est, publicorum actorum fidem,&auctoritatem,necessariam esse.§.aliæ autem.Inst.de donatio.l.data. & l.in donationibus. C. eod. tit. Quippe sine qua facta donatio nullius est momenti.l.Modestinus.vbi Bar.l.hoc iure. §.fin.l.quod in iure.D. de donat.coniunct. l. illud. C. de sacrosf.eccles.& l.si quis argentum.§.sed in his omnib.C.de donat.cum multis similibus.Bald.Angel.Alex.& cęteri relati in c.veniens.n.8.de testibus.Quam communem opinionem esse testatur Alex. in l. si creditori.C.de pact.& Ang.in l.pacta.eod. tit. quos citat Ceph.cons.467.n. 21. vol. 4. Et not. P. Rebuff.const. Gal.lib.2.de don.insinuat.gl.1.n.15.&Gabriel.lib.3.de donat.cócl.6.n.1. Quæ quidē insinuatio olim † fiebat 3
apud Magistrū census:vt patet ex l.cēsualis.& l. secun-

(margin numbers: 1 beside "nation, † quæ purè…", 2 beside "ret quingentos aureos…")

4 dum. C. de donat. Hodie verò quoniã ea est actus † vo-
luntariæ iurisdictionis (auct. Bar. in d. l. Modestinus. D.
de donat.) cõmuni interpretum sentẽtia apud quẽuis
iudicem, aut magistratũ fieri potest: vt not. Guid. Pap.
conf. 23. Ea autẽ cõmuniter fieri debet, vtroq; præsen-
5 te: † donatore scilicet, & donatario: vt ait Bald. in l. il-
lud. C. de sacrosf. eccles. aut saltem vtroque consent. ciẽ-
te: d. l. in hac. C. de donatio. & l. vlt. §. simili. C. de iur.
dot. vt est casus in l. secundũ. C. de donatio. quod Azo
not. in sum. de donatio. & Fr. Aret. conf. 123. n. 5. & So-
6 cin. conf. 68. n. 3. vol. 1. Quandoquidẽ vt inuitus, † aut
ignorãs nemo dare cogitur: l. rẽ legatam. D. de alimen.
lega. l. nec ignorãs. C. de donat. l. cuius per errorem. D
7 de reg. iur. Ita nemini inuito † rectè donatur. l. inuito.
D. de reg. iur. l. hoc iure. §. non potest. D. de donatio. c.
gesta. dist. 74. Nã (vt Cicero ait in Top.) neq; deditio,
8 neq; donatio † sine acceptione intelligi potest: quum
9 donatio sit mera liberalitas, † quæ nullo iure cogente
exercetur. l. donare. D. donatio. Quod ideò legib. cõ-
10 stitutum est: † ne & fraus aliqua committatur, temerè
confictis, aut suppositis eiusmodi donationib. l. vlt. C.
de fideicom. & ne quis ex sua liberalitate periclitetur:
l. ne liberalitate. D. de re iudica. l. Diuus. vbi Dec. D. de
reg. iur. tùm verò vt eodem pacto inconsulta hominũ
quorũdã coërceatur profusio: accedẽte nimirũ aucto-
ritate iudicis, aut magistrat⁹. l. filiusfam. D. de pact. l. cũ
indebito. in fi. D. de probat. gl. in c. 1. de censibus. lib. 6.
arg. l. si quis argentum. in fin. C. de donat. Licet causæ
11 † cognitione in ea nõ semper opus sit. gl. & Dd. in §.
aliæ autẽ. verb. insinuat. Inst. de donat. & l. pen. C. eod.
12 tit. Alc. in l. pacta. n. 34. C. de pact. Nã quũ donare † sit
perdere. l. contra iuris. §. si filius. D. de pact. l. filiusfam.
in princ. D. de donatio. multùm profectò interest Rei-
13 publ. † videre, ne quis re sua abutatur. l. 2. D. de his qui
14 sunt sui iur. vel alien. Quum singulorũ facultates, † &
copiæ, sint diuitiæ ciuitatis: auctore M. Tul. lib. de offi.
1. Et not. Alex. l. 1. in princ. num. 15. D. de verb. oblig. &
Ias. in d. §. si filius. num. 2. & Roland. conf. 54. num. 29.
vol. 2.

vol.2. & Ceph.consil.308.num.42.vol.3. Atque huius quidem solennitatis in iure tanta est necessitas, vt ne consensu † quidē partium ea remitti posse videatur. 15
Rebuff.in tract. de præcon. nu.18. arg.l.nemo potest. D.de legib. & l.ius publicum.D.de pactis. Immò verò, quod maius est, ne morte † quidem eiusmodi donatio, quæ non publicata est, confirmatur. l. donationes quas. C.de donat.inter vir.& vxor. Dec.in l.semper qui non.nu.17.& in l.quod in initio.in fi.D. de reg. iur. Bartol.in l.obseruare. versic.ad hoc oppono.D.de offic.proconf. Aretin.in §.item nobis. Instit.per quas person.nobis acquir.nu.2. Neque refert, vtrum ea inter propinquos, † an extraneos facta fuerit. l.data. C. 17
de donat.Rom.in consil.26.in prin.Nisi quatenus extet donatoris † voluntas.d.l.donationes. quæ iam loco vltimæ voluntatis habetur:& donatio mortis causa esse incipit: †cui insinuatione nulla opus est: † l.vltim. 19
C. de donatio.cau.mort. vbi Dd. Quippe quæ solo 20
consensu inducitur.† gl.in l.cùm pater.§.Mæuio.D.de 21
legat.2.quam communiter approbant Dd.secundum Socin.conf.235.num.2.vol.2. Et similis est gl.in l.2. C. de iur.dot.& tradunt Dd.in l.2.D.de legat.1.& Ias.in l. fin.C.de pact.& Angel.in consil.183.nu.3.Socin.consil. 112.nu.6.vol.1.Cephal.consil.414.nu.23.vol.3.Schurf. consil.6. & 46. cent.1. Guid.Pap. decis.610. & quæst. 325. Ferrar.in pract.de donat. nu.1.& 5. cum similibus aliis propemodum infinitis.Quòd si tamen iuramento cōfirmata sit eiusmodi donatio,etiam † vltra legitimum modum facta, insinuatione nō semper indiget: 22
Angel.in l.sancimus. §.fin. C.de donat. & in conf.83. vol.2. Ioan.Andr.in tit.de instrum.edit. §.porrò.vers. vlt.quem refert & sequitur Io.de Imol. in c.cùm contingat.de iureiur.& Alciat.ibid.num.177.& in l.pacta. nu.34. C.de pact. vbi hoc de iuramento in litem † intelligendum esse docet: si nimirum donator iuratus promiserit: se litem eius insinuationis causa non moturum : tunc ratione ipsius donatoris, confirmari hoc modo donationem ait: simplex verò iuramentum,in- 23

ſinuationis defectum nequaquã ſupplere: arg.c.cùm inter. de renunciat. maximè ſi ea in fraudẽ creditorum
24 facta ſit,† quorum reſpectu, quia eorum probabilis eſt ignorantia, ne iuramentum quidem ipſum vllius eſt momenti. d.c.cùm contingat. vbi Alciat.num.178. de iureiur. Aret.conſil.157. Curt.conſil.66. Plotius de in lit.iur. §.50. nu.24. Atque hæc eſt communior, & verior Dd.opinio, ſecundum Dec.in l.ſi donationes.nu. 33.C.de coll.& Tiraq.in l.ſi vnquam. nu.143. C.de reuoc.donat. Quò pertinẽt ea, quæ not.Dec.conſ.482. Aret.conſ.2. Socin.Iun.conſ.77.num.60. vol.1. Rom. conſil.66.nu.3. Alciat.conſ.54.nu.2. Bellon.conſ.60. num.19.Crauet.conſ.118.nu.3.Gozad.conſ.87.nu.13. Rolan.conſ.19.in fin. & conſ.39. num.38.vol.1. Neuiz. conſ.8.nu.9.& ſeq.Menoch.conſ.1.num.377.Hotom. conſ.1.nu.17. Cephal.cõnſ.194.nu.2.vol.2. Sed & per
25 reſcriptum principis † eiuſmodi donatio confirmari ſolet: etiamſi nulla in actis ſit facta profeſſio, aut inſinuatio, vt vult Panor.in conſ.84.vol.1. Curt.Iun.conſ. 110.nu.31. Quibus accedũt Alex.in l.quanquam. C.de teſtam.milit. Riminald.in §.1.nu.524. Inſtit.de donat. Alciat.tract.præſumpt. reg.3. præſ.11. Plot.tract.de in lit.iur.§.51.nu.25. His itaque præmiſſis, iam quæſtio oritur: Vtrum donatio eiuſmodi, vltra legitimum modum, hoſpitali domui, vel xenodochio facta, ſine inſinuatione, aut publicatione, valeat, nécne? Et ſanè ve-
26 rius eſt, † eam valere: propterea quòd ad pias cauſas ea facta eſſe videatur: quæ vel nudo pacto, abſque ſtipulatione, & traditione, multoq́; magis ſine ſolennitate eiuſmodi inſinuationis perficitur, & firmitatem ſuam iure ipſo obtinet. l.ſi quis argentum. §.fin. & l. ſeq. vbi gl.C.de donat. Quanquam enim controuer-
27 ſum eſt in iure, an hoſpitalis domus † ſit locus pius, nécne? In quo plerunq; diſtingui ſolere animaduer-
28 to, † ſit'ne hoſpitale publicũ, an priuatum? & an cum auctoritate Antiſtitis, & cõſenſu Magiſtratus ſuperioris illud fundatum ſit, an non? De quo vide latè Phil. Porc.cõmun.opin. libro 5. concl.7. vbi varias Docto-

rum

rum in vtramque partem sententias accumulat. Vulgò tamen receptum est, & communi Interpretum iuris calculo, atq; suffragio comprobatum: piorum locorum † appellatione, hospitales domos censeri debere: vt not. Abb. in c. parentibus. de priuileg. c. inter dilectos. nu. 8. de donat. Bald. in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosf. Eccle. & in l. si quis ad declin. col. 12. C. de episc. & cler. Neque verò hoc caret ratione naturali, quam vel solam allegare sufficit. † l. scire oportet. §. sufficit. D. de excus. tut. Quippe quæ veluti lex quædam † communis est, ad omnes casus pertinens. c. consuetudo. dist. 1. & in qua ius plerumq; fundatum est. l. si is legat. D. de condit. & demon. Calder. in cons. 1. de regular. cum sim. adductis per Felin. in c. tua nos. de iureiur. & Cagnol. in l. qui in alterius. num. 1. D. de regul. iur. Nam tametsi hospitalia † non dicuntur aliâs beneficia Ecclesiastica. Clem. quia contingit. §. vt autem præmissa. de relig. dom. vt not. Cephal. in consil. 98. num. 24. vol. 1. Tamen quoniam in his exercentur † opera misericordiæ, & caritatis Christianæ, piorum locorum iure omninò censentur: secundum Io. Andr. in c. 2. de in integr. restit. lib. 6. quem refert, & sequitur Panor. in c. relatum. de testam. & in c. auditis. vbi gl. de in integr. rest. Ac ne dubitationi vllus locus relinquatur, disertè Imper. Iustinianus inter loca pia recenset quoque Xenodochia: sic enim scribit in l. illud. C. de sacrosf. Eccle. Si quis (inquit) donationes vsq; ad quingentos solidos quacunq; de re fecerit: vel in sanctam Ecclesiam, vel in Xenodochium, vel in Nosocomium, vel in Orphanotrophium, vel in Ptochotrophium, vel in Gerontocomium, vel in ipsos pauperes, vel in quãcunque ciuitatem: istę donationes omnes, etiam citra actorum confectiones conualescent. Et quamquam Imperator in eadem lege expressè omnem donationem supra quingẽtos solidos factam (excèpta vna donatione Imperiali) non aliter efficacem, & ratam esse debere dicit: nisi publicorum actorum auctoritate ea priùs confirmata fuerit: vt communiter quoque tra-

29 30 31 32 33

duntibid.Dd. & in l.cuius per errorem. D.de reg.iur. Corn.in conſ.185.num.4.vol.2. Rebuff.d.gl.1.de don.
34 in fin.nu.15. Quia tamen in iure † magis valent nouiſſima, vt ait Bald.in l.fin. C.de edict. D.Adr.tollendo.
35 (Poſtrema enim quæque lex † grauiſſima eſt.l.de qui-
36 bus.D.de legib.& in contractibus,† aliisq; conuentionibus omnibus valet vltima ſcriptura: l.pacta.Cod.de pact.& l.ſi mihi.§.in legatis.D.de legat.1. & l.quod traditum. D.de cond.& demonſt.) magis profectò in hoc caſu attendenda eſſe videtur diſpoſitio l.penult.C.de donat.Quę quum diſertè cuiuis priuato homini concedat liberam donandi facultatẽ,etiam ſine actis, vſq; ad ſummam quingentorum ſolidorum: quę anteà eſſet duntaxat trecentorum : multò magis priuilegium
37 † Eccleſiæ, piæque cauſæ aliquo modo extendere voluiſſe videtur,ne opus ſit inſinuatione : etiamſi ea donatio, quæ ad pias cauſas reſpicit, quingentos ſolidos ſuperet:vt rectè argumentatur Bart.& cæteri Dd.in d. l.illud.nu.4.C.de ſacroſ.Eccle.& Felin.in c.Eccleſia S. Mariæ.nu.82.de conſtit. Iaſon conſ.169.num.8.vol.3. Ripa reſp.11. nu.10.lib.3 Rebuf.de priuil.ſchol.priuil. 64. Iul.Clar.lib.3.ſent. §.donatio. quæſt.17. Priuilegia ſiquidem non arctè nimis reſtringenda,ſed latè po
38 tiùs interpretãda † ſunt.l.3.D.de conſt.princ.l.ſi quando. C.de bon.vac. Præſertim ſi priuilegia ſint immunitatis,eaq; non odioſa,ſed fauorabilia,& ad pias cauſas data: Iaſon in d.l.fi.col.5. D.de conſt.princ. qui adducit eo in loco Io.Andr.in c.2.in fin. de immu.eccle. quem ſequitur ibi Abbas col.penult.& not.Felin.in c. cauſam quę.col.11.verſ.limita hanc declarationem:de
39 reſcript. Quo modo etiam legata pia, † fauore religionis, latè interpretanda eſſe monet Bart.in l.Titia. §.Seia. D.de aur.& argen.leg. & Abbas in c.iudicante. col.2.de teſtam. cum ſimilib. Quin immò potiùs omnium bonorũ,tam futurorum, quàm præſentium do-
40 nationem Eccleſiæ, † vel piæ cauſæ factam, valere tradit Bart.in l.fi.nu.13.C.de donat. Quam communem eſſe opinionem teſtatur Felinus in c.in præſentia. de probat.

probat.cui astipulatur ibid.Paris.nu.21.& Cognol.nu. 203. quem refert Didac.in rubr.de testam.part.2.nu. 5.in fi.& Duennas in reg.219.limit.1. Quanquam non ignoro, contrarium à quibusdam magni nominis Iurisconsultis responsum esse: vt monet Iul.Clar.lib.4. sent.§.donatio.quæst 20.quorum ille opinionem etsi in puncto,vt vocant,iuris veriorem fortassis esse putat: tamen propter fauorem Ecclesiæ, non facilè se à communi sententia recessurum affirmat,in consulendo, aut iudicando. Et rectè quidem : nam etsi iure ciuili omnium bonorum donatio aliter non valet, † nisi 41
reliqui aliquid maneat, de quo quis testari possit: secundum ea,quæ tradit Alex.in l.stipulatio hoc modo. nu.5. Iason nu.20.Crotus nu.91.aliique Dd.complures.D.de verb.oblig.& Alciat in l.de quæstione.nu.84. C.de transact. Quod quale, & quantum esse debeat, arbitrio Iudicis ferè permittitur: considerata scilicet persona ipsius donatoris: secundum Socin.Iun.in d.l. stipulatio hoc modo.nu.92. D.de verb.oblig. qui plerunque modum in eo determinat, vt reliquum istud saltem vigesimam partem excedat donationis: ex doctrina ipsius Clari in d.§.donatio.q.19.versic.secundò principaliter.in fin. arg.gl.in Auth.perpetua. verb.iusta.C.de sacros.Eccle. Et not. Corn.in cons.124.nu.1. vol.1. Socin.cons.27.nu.20.vol.4. Afflict.decis.284. in fin.Cæpolla de simulat.contract præf.3. col.1.in fin.& latè Did.variar.resol.lib.3.c.9.nu.5. quos citat Ceph. cons.485.num 132.cum seq.vol.4. Quam veram & receptam esse opinioné testatur Rom. cons.26. in prin. Socin.Iun.cons.65.nu.47. & cons.143.num.20.vol.1.& Ripa lib.3.resp.c.14.nu.1.Cuius iuris hæc est ratio, † q̃ 42
bonis moribus eiusmodi donatio omnium bonorum quadantenus aduersetur: vtpotè, quæ votum captandæ mortis inducat, liberamque auferat quodammodo testandi facultatem: d.l.stipulatio.& l.fin.C.de pactis.l.ex eo.vbi Dd. C.de inutil.stipul.l.pactum dotale. C.de collation.Alciat.in l.cùm transactionis. C.de transact.& in l.pactum quod dotale.C.de pact. Card.

Zabarel.conf.21.num.8.Rom.conf.121. Castr.conf.75.
vol.2. Decius conf 30.nu.2. & conf.488. nu.2. & conf.
655.nu.7.Corn conf.176.vol.2.& conf.251.vol.3.Curt.
Iun.conf.120.nu 6.Cephal.conf.288.nu.27.vol.2. Ri-
pa respon.lib.3.c.14.& alibi Dd. Sed quoniam tamen
43 magnus est fauor † piæ causæ, in omni iuris ratione:
44 non tam quid liceat, † quàm quid honestum sit, aut v-
tile, spectandum est: neque tam legum in eo, quàm sa-
crorum Canonum auctoritas sequenda: quos nō de-
45 dignantur † imitari leges: in iis præsertim causis, in
quibus de salute animarum agitur: quatenus scilicet
verbo Dei non repugnant: vt notant Dd.in c.licet.de
iureiur.lib.6.& in c.Ecclesia S.Mariæ.de constit.& in c.
cum laicis.de reb.Eccle.non alien. Neque enim leges
46 humanæ † condere aliquid possunt contra libertatem
Ecclesiæ: Auth.cassa & irrita.vbi Dd.C.de sacrosf.Eccl.
47 cuius bona, vt & pauperum, Christi ipsius sunt † patri-
monia. c.q. Christi. 12.q.2. Auth.de emphyt.contract.
collat.2. quæ omni ratione augere potiùs, & conser-
48 uare, † quàm imminuere, & labefactare Christiana iu-
bet religio. c.non satis.dist.86. c.omnes.7.q.1. Sic igi-
tur in hac quæstione concludo, & sic statuo: mille au-
reorum donationem, sine actis, Xenodochio factam,
49 omninò ratam, & efficacem habendam esse: † præser-
tim quum nec fraudis in ea suspicio, nec metus alicu-
ius periculi, aut incommodi appareat; quumq; sum-
mam quingentorum solidorum, de quibus lex loqui-
tur, parum admodum excedat: si quidem iusta, & le-
gitima fiat computatio: singulis nimirum solidis cen-
tenos continentibus, valentibusq; sestertios: qui effi-
50 ciunt aureos, quibus in imperio Rom. vtimur, † non in
gentos circiter. l.quoties. C. de suscept.& arch.lib.10.
vbi Bart.& in l.quicunq;.C.de seru.fug. Et not.Bald.&
Castr.in l.fin. C.commun.de legat. Alex.in l.cum in-
debito.§.1.col.3 D.de probat.& conf.4.vol.1. Et plura
de solidorum valore scribit Andr.Gayl.Pract. obseru.
39.lib.2. Nam quamuis ad piam causam non esset fa-
cta hæc donatio: si quidem summo iure agendum fo-
ret:

ret: minimè idcircò tota ea rescinderetur: sed si quidem vltra quingentos aureos facta esse diceretur, vsq; ad illam tamen † summam valeret, ipso Iustiniano au- 51
ctore: in l. si quis argentum §. sed in omnibus. & in l. si quis pro redemptione. C. de donat. Angel. & Bald. in l. sancimus. C. eod. tit. Alex. in l. iusiurandum. §. ait Prætor. D. de iureiur. & in l. stipulatio hoc modo. D. de verb. oblig. Ioan. de Ana. & Canonistæ alij in c. nulli. col. 2. de Iudæis. Ioan. Andr. in addit. Spec. de instrum. edict. §. porrò. Vetus enim est regula iuris: Vtile per
† inutile non vitiari. c. vtile. de regul. iur. in 6. vbi Din. 52
nu. 3. cum simil. alleg. compl. Idem censet Iul. Clar. in d. §. donatio. q. 17. vers. sed quæro. & Gabriel. lib. 3. de donat concl. 1. num. 57. Angel. cons. 179. col. 6. Castr. cons. 100. & seq. Alex. cons. 4. col. 7. vol. 1. quos refert & sequitur Dec. cons. 432. nu. 15. Socin. Iun. cons. 69. nu. 37. & cons. 77. num. 56. vol. 1. Guid. Pap. cons. 32. & sing. 844. Cephal. cons. 288. nu. 46. vol. 2. & passim alij D d. tam veteres, quàm recentes.

De Alimentis legatis.

QVAESTIO V.

MARCVS Sempronius testamento legauit alimenta L. Titio, sororis suæ filio: vtque sumptibus eum suis artem aliquã honestam doceret, Caium hæredem damnauit. Mortuo testatore, legatum petit L. Titius, seq; in studiis literarum educari postulat. Quæstionis est, An legatum eiusmodi valeat? &, si valeat, quid, & quantum nomine alimẽtorum debeatur? & vtrum damnas sit Caius hæres L. Titium legatarium sumptibus suis alere in studiis literarum, nécne? Quam ad quæstionem breuiter ego respondeo: legatum eiusmodi omninò valere. Quanquam enim incertum alioquin legatum † inutile est: iuxta text. in l. 1
si sic. §. primò. vbi Bart. & alij. D. de legat. 1. l. quidam. &

ibi Bart. D.de reb.dub. l.duo Titij. D. de testam.tut. & gl.& Parif.in l.legato generaliter.D.de legat.1. Alex.in l.locus.col.1. D.de acquir.poss. & in cons.14. colum.2. vers.nec obstat.,vol.1. & cons.95.col.pen.vol.5. Oldr. cons 163. Cephalus cons.547. nu.7. vol.4. non minus
2 ac cõtractus incertus † iure ciuili nullius momẽti est: l.cùm post.§.gener. vbi Dd.D.de iur.dot. l.ita stipulatus.& ibi Bart.& Alex.D.de verb.oblig. Socin.in l.si qs
3 arbitratu.nu.28.D.eod.tit. sicut legata, † & contractus in iure ferè æquiparantur: l.eum qui chirographum. D.de legat.3.Felin.c.1.extrà,de pact. Tamen quum ea incertitudo facilè declarari queat, alimentorum fauore eiusmodi legatum omninò valet,atque subsistit. l.si cum vnus.§.fin.& ibid.gl.verb.ætatis.D.de alim.& cib. legat. Capr.reg.113. Spec.in tit.qui fil.sint legit. num. 44.vers.debet autem.verb.alimentorum.Nam etsi legatum prorsus sit dubium,atque incertum, fauore ta-
4 men alimentorum † non vitiatur. l.Stichus.vbi glos.& Bart.D.de leg.3.vbi,secundum Ferrarium,in pract.for. tit. pro legato rei singularis. nu.97. textus, & casus est
5 singularis. Iam verò quid,& quantum † alimentorum nomine veniat,in eo ex communi Dd.sentẽtia,distinguendum esse arbitror. Nam si quidem certorum numorum summa & quantitas legata sit; eam integram
6 † deberi non est dubium: vt respondit Paulus IC. in l. Lucius.vbi Bart.nu 3.D.de alim.& cib.leg. Sin verò cer
7 ta non sit adiecta quantitas † alimentorum in legato, ante omnia considerãdum esse puto, quantum & defunctus testator præstare solitus fuerit: & quid cæteris eiusdem status, aut ordinis hominibus reliquerit.l. si seruus.§.fin.D.de legat.1. & l.certum. D.si cert.pet.l. si ita scripsero. D.de cond.& demonstr. l.vbi autem.§. qui illud.D.de verb.oblig. Quòd si verò neutrum ho-
8 rum appareat, tũc ex facultatibus † hæreditariis ipsius defuncti,& conditione caritateque eius, cui fideicommissum datum est, modus alimentorum certus à Iudice statui debet.l.pen.in prin.D.de alim.& cib.leg.l.si seruus plurium.§.fi.D.de legat.1. Bald.in Auth.hoc locum.

cum. C.si secund nupt.mul. cum ibid.alleg. Primùm enim facultatum † legatoris in alimētis æstimādis ratio habenda est: l cùm plures.§.cū tutor. D.de admin. tut.l.cum alimenta in princ. & l. cùm vnus in fin. D.de alim.& cib.legat.l.hæredes palam.§.sed et si notam.D. de testam l.fin in prin. C.de alim pup.præstan.Concordat l.si cui.D.de annu leg. l.ius alimentorum.D.vbi pupil.educ.deb. Bart.in l.Imper.Adrianus.in fin.D.ad Trebel. Paris.cons.98. nu.28.vol.2. Capr.cons.72.nu. 17. Gayl.Pract.obseru.144.lib.2.nu.4. Deinde caritas testatoris, † & beneuolentia erga legatarium, sanguinisque coniunctio, aut necessitudo attendenda, teste Vlp.in l.si quis à liberis.§.1.D.de liber.agnosc.& l.pen. in prin.D.de alim.& cib.leg.cui si non satisfacit hæres, perdit hæreditatem. Auth.hoc amplius. C.de fideic. Tum verò & conditio dignitasque legatarij, † cui alimenta debentur, inspicienda: per text.not.in l.si cui. D.de annu.legat. Et not.Bald in l.si quis ad declinandam.colum.2. versic.circa tertium. C.de episc.& cler. Capr.cons.4. col.3.in princ.nu.15.Dec.cons.120.nu.1. col.2. Denique & consuetudo loci † ipsius, ac regionis animaduertenda est: vt est text.in l.cùm alimenta. & in l.Mela.D.de alim.& cib.lega.Et tradit Bart.in tractatu de alimentis. versic.quæro legata sunt alicui,&c. Pet.de Anch.in cons.384.ad fin.vbi allegat ad hoc c.2. de præbend.in 6. Et sequitur Rom.in cons.189.& Angelus in cons.357.num 5. versic.de alimentis autem.& M.Natta in consil.387.nu.10.vol.2. Atque hæc omnia singulari prouidētia ita constituta sunt, ne quicquam desideretur in iis, quibus ad victum opus est. Quo sanè nomine † non solùm continentur cibaria: sed & vestiaria,& habitatio.l.verbo victus.D.de verb.signific. l.legatis alimentis.D.de alimen.& cib.legat.quemadmodum & medicamenta, † sine quibus vita & valetudo conseruari nequit. l.in rebus.D.commod. l.si cùm dotem.§.si autem.vbi Bart.Raph.Alexand.& alij. D.soluto matrim. Facit l.1.§.mulier.D.de ventr.in possess. mitt. l.omninò. D.de impens.in reb.dot.fact.Et notat

9 10 11 12 13 14

Baldus & Salic. in l. quid in vxorem. D. de negot. gest. Bartolus in tract. aliment. num. 6. & in d. l. legatis alimentis. vers. quæro, vtrum medicinæ, &c Quam sententiam probat quoque Specul. in tit. qui filij sint legitimi. num. 38. vt citat Ferrar. in pract. for. pro legat. rei singul. num. 44. Porrò quòd ad postremam huius quæstionis partem attinet: vt hæres L. Titium artem aliquam honestam doceat: vnde se alere, ac tueri pos-
15 sit: † quãuis Pegasus olim eiusmodi fideicommissum esse scripsit: quod genus artificij non adiectum esset: tamen rectè Valens Iurisconsultus rescripsit, Prætorẽ, aut Iudicem ex voluntate defuncti, & ætate, & conditione, & natura, ingenioque eius, cui relictum sit, statuere debere: quam potissimùm artem docere eum sumptibus suis hæres debeat. l. Stichus. D. de legat. 3. l. lecta. circa princ. D. si certum petatur. Concordat c. cùm in iuuentute. iuncta glos. verb ad senilem. extra, de præsumpt. Permultum enim refert, scire, quid testator senserit: l. nisi aliud. D. de alim. & cibis legat. cu-
16 ius equidem voluntas vt exactè † seruanda est: l. 1. C. de sacrosf. Eccles. Auth. de nuptiis. §. disponat. collat. 4. l. non aliter. D. de legat. 3. l. ex facto. D. de hæredib. instit. Ita non tam strictè, sed latè potiùs interpretan-
17 dà, † vt ait Vlpianus in l. plenum. §. sed neque lana. D. de vsu, & habit. l. quoties. D. de verbor. obligat. vt non tam ad sordidam, quàm liberalem artem aliquam hoc referatur: quum de ornando, honorandoque legata-
18 rio † eum cogitasse, veritati consentaneum sit. c. cùm
19 dilecti. de donation. Nam & aliàs in testamentis † pleniùs voluntates testatorum interpretamur: l. in testamentis. D. de regulis iuris. & maiorem habét fauorem
20 vltimæ voluntates, † quàm contractus. l. prima. C. de sacrosf. Eccles. l. quæ conditio. D. de condit. & demon. l. qui insulam. D. de verbor. obligat. in quibus tamen v-
21 trisque † mens & voluntas eorum, qui testantur, aut contrahunt, in primis spectanda est: secundum gl. in l. blanditos. C. de fideiuss. per l. in conuentionibus. D. de verb. signific. & l. vbi ita donatur. D. de mort. cau. don.

cum

cum ibid. not. Sed & voluntas eius, † cui fideicommissum relictum est, & ingenij indoles, ac natura attendi debet, ne videlicet is studium aliquod suscipiat, inuita (quod aiunt) Minerua, † & repugnante natura: vt notat glos. in l. Gallus. in princ. verb. si filius. D. de liber. & posthum. Quemadmodum & ætatis † ratio habenda est, quum admodum sit difficile, reformari trita, ac veterana mancipia: secundum tex. in l. præcipiunt. D. de ædil. edict. quumque alia ætas, aliam diætam † postulet: & (vt Flaccus ait) non eadem est ætas, non mens, non vita: argum. l. cùm vnus. vbi glos. in fin. D. de alim. & cib. legat. in qua disertè dicitur, cum ætate crescere modum alimētorum. Et quoniam nihil est magis congruum humanæ naturæ, † quàm discere, vt ait Martianus in l. legatis seruis. §. ornatricibus. D. de leg. 3. Præstat profectò ea potissimùm discere, † quæ Reipublicæ plurimùm conducunt. cui in primis nos natos esse cogimur fateri: auctore Vlpiano in l. 1. §. & generaliter. in fin. D. de vent. in possess. mitten. Quam sanè discendi cupiditatem, † solam viuendi rationem optimā vocat Pompon. in l. apud Iulianū. D. de fideicom. libert. ad quā sanè quàm plurimos adolescentes præmiis † allici omninò conuenit. l. & virtutū. C. de statu. & imag. Magnum est enim, hominē elaborare in eiusmodi scientia, quæ publicè, † & priuatim quàm plurimis sit profutura: vt notat M. Ant. Natta in cons. 1. nu. 2. in fin. volum. 1. per l. 1. C. de famos. lib. Quò accedit illud, qđ à digniori † plerunq; fit denominatio. l. quicquid. §. cùm partes. D. de acquir. rer. domin. quodque beneficia latissimè interpretanda sint: † l. fi. D. de const. princip. & quod benignior, † humaniórque sententia in dubiis sit præferenda. l. semper facit. D. de regulis iuris. l. si is, qui ducenta. in princ. D. de reb. dub. l. benignius. l. ambigua. D. de legib. & constit. maximè verò in vltimis voluntatibus, in quibus semper debet fieri plenior † interpretatio. l. in testam. D. de reg. iur. & hoc præsertim in legatis, † quæ plerunque liberalitatem continent: aut ob benè merita † conferuntur. l.

22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36

nec adiecit. in fin. D. pro socio. l. idemq;. §. fin. D. mandati. l. creditore. D. de legat. 2 Facit l. quęsitum. §. idem respondit. D. de fund. instrum. & in l. penult. D. de vin. trit. & ole. legat. quam in simili allegat glos. in l. fin. D. de constit. princip. Bartol. in l. eum qui. §. qui ita. D. de verb. obligat. & l. legatum. in princ. D. de annu. legat. Et tradit M. Ant. Natta cons. 626. per tot. volum. 3. Atque hæc, quæ dixi, cùm in aliis artibus omnibus, tum verò maximè in studiis liberalibus locum habere, rectè tradit Baldus in l. 1. lect. 2 colum. 5. versi. idem sen-
37 si. D. de legat 2. Quorum equidem causa,† vt pia est, ac fauorabilis, ob publicam vtilitatem, quæ semper præ-
38 ferri debet † priuatorum cótractibus. l. 3. C. de primipilo. lib. 12. l. vnica. §. fin. C. de cad. tollē. Auth. res quæ. C. commu. de legat. l. actione. §. Labeo. D. pro socio. c. scias. 7 quæst 1. Ita eadem habet priuilegia, quæ cau-
39 sa † dotis ipsius: vt notat Bart. & communiter Dd. in l. 1. ad fin. D. solut. matrim. Quò fit, vt nulla vtramque
40 incertitudo vitiare † possit, aut debeat. l. cùm post. § gener. vbi gl. D. de iur. dot. iuncto c. nos quidem. cum glos. ibid. versic. in in loco. de testam. vbi etiam Canonistas videre licet. Postremò notum est vulgare illud:
41 Fauores ampliandos, † odia restinguēda esse. c. odia. de regul. iur. lib. 6. l. cum quidam. D. de lib. & posthum. l. Adrianus. D. de act. & obligat. l. vnica. §. accedit. vers. neq; enim. C. de rei vxor. act. l. plures apochas. in fin. C. de fid. instrum. Iason in l. non minùs. num. 3. C. de procurat. Curtius Iun. cons. 169. nu. 14. Cephal. cons. 606. num. 20. vol. 4. Quare arbitrio Iudicis rem totam æstimandam esse censeo, vt statuat ille, quantum L. Ti-
42 tio alimentorum nomine debeatur: † cui annuum legatum, artis alicuius percipiendæ causa, sine adiectione summæ relictum est: per l. 2. D. vbi pupil. educ. deb. Nam si is & discendi cupidus, & ad studia literarum idoneus est, ad aliud artificiū minùs liberale, & quo-
43 dammodo sordidum, cogi ab hærede inuitus † nulla ratione potest: quod per ingenium & naturam minus tueri queat: præsertim suffragante quodammodo ta-
cita

cita voluntate defuncti testatoris, qui beneficio afficere legatarium, & honorare voluisse præsumitur: quo in genere plerunque humanior, † & prolixior, fauore 44
vltimæ voluntatis, fieri solet interpretatio: secundum ea, quæ not. Canonistæ in c. dilecti. de donationibus.

De Iure immunitatis, & muneribus Ecclesiæ.

QVAESTIO VI.

SAEPENVMERÒ disputatum fuit inter Iurisconsultos de Iure immunitatis: quæ Ecclesiæ, & Scholis literarum, aliisque piis locis competit: & in eo communiter ita decisum, ea immunia † esse, & 1
ab omni iurisdictione potestateque ciuili libera: adeò vt de his aliud † statuere, aut disponere, ne summo 2
quidem Magistratui permissum sit. l.2. & l. omnes. C. de episcop. & cler. l. neminem. C. de sacros. Ecclesia. l. rescripto. D. de mun. & hon. §. nos igitur. Authen. de alienand. aut permut. rebus Ecclesiast. Facit c. Ecclesiam. 1. q. 2. c. non liceat. 12. q. 2. c. conuenio. 23. q. 8. c. quanquam. de censib. c. clericis. de immun. eccle. lib. 6. c. clerici. cum ibid. not. de iudic. c. nullus. de bono compet. c. vlt. de vit. & honest. cler. Iam oritur quæstio, An publicæ necessitatis, & communi salutis causa, vectigal aliquod, aut tributum à Cæsare, aliisue Principibus, Ecclesiæ, cæterisq; piis locis pro potestate indici, aut imperari possit, vel debeat (quemadmodum hoc tempore fit belli hostibus Christianæ religionis inferendi gratia) & an collationis quoq; eius (quam vulgò Collectam nominant) vacationē, si ius ciuile respicias, ea bona omnia habeant? De quo sanè, vt certiùs aliquid statuatur: operæprecium esse arbitror, præmittere quædam in genere de muneribus. vt intelligatur, quid & munerum appellatione veniat: & à quibus vacatio, excusatioq; legitima concedatur. Munerum au-

tem appellatione (præter alia significata, quæ à Paulo IC. recensentur in l. munus. D. de verb. signific.) onera
3 † quoq; intelliguntur, quæ quum remittuntur, vacationem militiæ, munerisq; præstant: ex quo immunitates appellantur. d. l. munus. Quæ quidē Martianus
4 hoc modo definit: vt sint onera, † quæ necessariò subimus, lege, more, imperióue eius, qui iubēdi habet po-
5 testatem. d. l. munus. D. de verb. signif. Ea verò † trium sunt generum. Nam quædam sunt personarum: quædam patrimoniorum: quædam verò vtrorumq;: quæ idcircò mixta vocantur. l. 1. in prin. l. rescripto. §. sciendum. l. munerum ciuilium. in prin. D. de mun. & hon. glos. ad rubric. C. eod. tit. lib. 10. Iason in l. placet. C. de sacros. eccles. Bartol. in l. 1. num. 6. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. Baldus in cons. 60. num. 2. vol. 4. & cons. 460. volum. 3. cons. 408. vol. 5. Ceph. cons. 309.
6 num. 57. volum. 3. Quæ personarum sunt, † ea nō tam sumptum, quàm corporis & animi laborē requirunt. l. 1. §. illud tenendum. l. vltim. §. personalia. D. de mun. & hon. Afflict. tit. quę sint regalia. Quæ verò patrimo-
7 niorum sunt, † ea maximè sumptum postulant ipsius patrimonij, absq; vlla opera, aut labore administran-
8 tis. d. l. 1. & vltim. Quæ verò mixta sunt, † ea & corporis obsequio, & patrimonij damno exercētur: vt sunt operæ rusticorum. d. l. vlt. §. mixta. d. tit. Alciatus in l. munus. D. de verb. signific. Baldus cons. 410. volum. 5.
9 Sed & patrimoniorum munera duplicia sunt: † quorum alia rebus, & possessionibus duntaxat imposita sunt: nulla habita ratione personarum, à quibus possidentur: cuiusmodi est tributum, ac census: glos. in l. fin. C. sine censu vel reliq. fund. compar. non posse. & in l. 1. D. de public. & in rubr. C. de annon. & tribut. lib. 10. Alia verò personis propter res, & possessiones imposita sunt: cuiusmodi est collecta: quæ etsi imponitur propter res, tamen principaliter personis pro rebus imponitur: vt docet Bartol. in cons. 59. in fi. Bald. in c. 1. num. 6. Quæ sint regalia. Idque pro modo facultatum cuiusque: l. 1. C. de mun. patrim. lib. 10. glos.
&

& Bartol. in l. rescripto. §. final. D. de mun. & hon. & in l. 1. D. quod cuiusque vniuers. nom. & in l. 4. §. actor vbi communiter Doctores. D. de re iudic. Bald. in l. neque. D. de impens. in reb. dot. Luc. de Pen. & Iac. Reb. in l. vnica. C. de mulier. in quo loco Ioan. de Platea in l. indictiones. C. de annon. & tribut. lib. 10. Quarum tamen si nulla habeatur ratio, sed personarum duntaxat, ea potiùs capitatio † appellanda esse videtur. l. 1. 10
C. de capit. ciu. cens. exim. lib. 11. l. ætatem. D. de censibus. glos. rubr. C. de annon. & tribut. lib. 10. glos. in l. cùm antea, verb. capitis. C. de agr. & censib. lib. 11. de qua per Ruin. cons. 111. nu. 11. in fin. volum. 5. Cæterùm ex his rursus quædam sunt ordinaria, † quæ & Cano- 11
nica dicuntur: quæ nimirum lege aliqua constituta sunt, & certam annuamque præstationem habent: vt sunt indictiones, siue tributa, in quibus neruos esse Reipublicæ, testatur Vlpianus in l. 1. §. in causa. D. de quæstion. sicut idem hoc Mar. Tullius Cicero docet in Oratione pro Lege Manilia. Quædam verò extraordinaria † sunt: quæ non nisi publica necessitate, aut 12
vtilitate postulante extra ordinem indicuntur: quum nulla sint lege constituta: nec certam præstationem habeant. l. in honoribus. D. de vacat. muner. l. 1. C. de vacat. publ. mun. l. Scio. §. medico. D. de annu. leg. l. sed etsi prætorem. §. si Seiæ. D. ex quib. cau. maio. De quibus omnibus late vide Alberic. in rubr. D. de muner. & hon. in princ. Bald. Castren. & Iason in d. l. placet. nu. 1. & 2. C. de sacros. eccles. Bartol. in l. vnic. circa finem. C. de mulier. & in quo loc. lib. 10. Salic. in l. fin. C. sine cens. vel reli. Alciat. in l. munus. verb. onus. D. de verb. signific. Abbas in c. non minùs. de immun. eccles. cum similibus. Quæ omnia breuiter Asconius ita explicat: vt tria esse dicat pensitationũ genera, Canonem, Oblationem, & Indictionem. Primi generis sunt vectigalia, & portoria: alterius, subsidia: postremi autem, collatio, siue collecta. Præmissis itaque his, videndum est deinceps, à quibus muneribus libera & immunis sit Ecclesia: vt & Scholarum collegia, aliaque

loca pia, & venerabilia. Poteſt autem tota hæc res vna breuiter concludi regula, quæ ſic habet: nimirum
13 Eccleſiæ bona † non modò à perſonalibus muneribus omninò vacationem habere: verùm etiam à quibuſdam patrimonialibus. iis ſcilicet, quæ ſunt extraordinaria: minimè verò ab iis, quæ ſunt ordinaria, ac legitima: quæ quoniam ad Reipublicæ ſtatū tuendum pertinent: nemini profectò ea detrectare fas eſt. l.nullus. Cod.de decurionibus. Sed de his omnibus quid iuris ſit, ordine videamus. Ac primùm quidem, quod ad perſonalia munera attinet: quæ ad patrimo-
14 nium non ſpectant: ab iis † omninò vacationem Eccleſiæ, ac Scholæ: vti & Miniſtri earum, atque Doctores. l.cùm filios. Cod.qui ætate, aut profeſſione ſe excuſant. lib.decimo. l.prima. Cod.quemadmod.ciuil. muner.indicunt. vbi Doctores libro eodem. l.final.§. finali. D.de vacat.& excuſat.muner. Bartolus, Abbas & Doctores in l.in honoribus & in l.medicos. vbi Ioan. de Plat. & in l.finali. Cod.de profeſſoribus. libro decimo. l.2.Cod.de his qui non impl.ſtipend. libro eodem, cum ſimilibus. Neque refert, vtrum ſint publica
15 † munera: vt eſt defenſio ciuitatis, & annonę procuratio, & viarum munitio. l.prima. & l.cui muneris. D.de muner.& honor. l.pupillus.§.munus.D.de verb.ſignif. vbi Alciat. an verò priuata: cuiuſmodi eſt tutela, & cura: l.honor.§.munus.D.de muner. l.2.& l.6.D.de excuſatione tut. l.vltim. Cod.de legit.tut. quæ idcircò fo-
16 renſi quoque † imponi non poteſt: l.1.in fi.& l.ius dandi. D.de tut.& curat dat.ab his. ſicut nec aliud munus perſonale, qualecunq; illud ſit: vt ſcribit Bart.in l.1.C. de aur.coron.lib.10. per l.neq;. vbi gl.de ciui.& incol. lib.eod.l.1.C.de mulier.& in quo loco. Spec.in tit.de cenſib.§.nunc dicendum. verſ.ꝙ ſi aliqua vniuerſitas. & ibi Baldus in addit.M.Ant.Natta conſil.157. num.3. vol.1. Quod ita demum verum eſt: ſi ea munera non
17 habeant adiunctam dignitatem † aliquam: vt ſunt honores, & magiſtratus. d.l.honor: à quibus non æquè omnes immunes ſunt: maximè liberalium artium profeſſo-

sessores. l. vt gradatim. & l. cui muneris. D. de mun. & hon. Atque hoc sane ideò legibus constitutum est: ne † scilicet hi ab officio, ministerioque suo auocentur, 18
aliorum munerum procuratione: quod nullo modo fieri debet: l. generaliter. C. de episc. & cleri. l. 1. & 2. C. quemad. ciu. mun. indic. libr. 10. Quum neminem † ex vna curia in aliam transferri oporteat. d. l. 1. & 2. vbi Dd. nec quenquam † vno munere satis grauatum, 19 20
alio insuper onerari. gl. & Dd. in d. l. 1. & l. fin. d. t. & ibid. Alber. in rubr. Quod verò ad munera patrimonialia attinet: si quidem ea sunt extraordinaria: cuiusmodi sunt collectæ: quę sine vlla legis prouisione, pro arbitrio magistratus, interdum subditis indicuntur: manifestum est, iis ecclesias † iure ciuili non subiici. l. placet. vbi Ias. & Alc. C. de sacros. eccles. l. maximarum. C. de excus. mun. l. his oneribus. §. pen. D. eod. tit. Fa. c. non minus. c. aduersus. de immun. eccl. cum ibid. not. Guid. Papæ decis. 387. & seq. Cuius sanè iuris duplex assignari potest ratio: † Partim quòd ea non tam pos- 21 22
sessionibus, quàm personis indici solent: l. rescripto. D. de mun. & hõ. quę ab omni potestate, & iurisdictione ciuili exemptæ sunt: l. libertus. §. sola. D. Ad municip. l. cum neque. C. de ciu. & incol. lib. 10. Auth. nulla communitas. C. de episc. & cler. c. non minùs. vbi Panormi. & alij. de immun. eccles. c. 1. eod. tit. in 6. Quò pertinent ea, quæ notant Alex. cons. 68. n. 1. Paris. cõs. 25. n. 6. Schurf. cons. 69. n. 26. cent. 1. quos refert & sequitur Gayl. pract. obseru. 52. lib. 2. Partim verò, quòd si quæ prædia antiquitus libera, aut immunia possideant: in ea, tanquam Deo consecrata, & quasi dicata, nihil iuris habet magistratus ciuilis: c. nulli liceat. 12. q. 2. c. clericis. de immun. eccles. in 6. c. quanquam. de censibus. Adeò vt pœnæ anathematis † in eos statuatur iure Pontificio: qui ecclesiæ bona tributis, aut ve- 23
ctigalibus onerant. d. c. non minùs. & d. c. aduersus. de immun. eccl. & Clem. 1. eod. tit. Quemadmodum & iure Cæsareo † banni imperialis in eos pœna consti- 24
tuta est. §. item nulla potestas. de stat. & consuet. cõt.

lib.eccl. in vsib. Feud. & Auth.item nulla. C.de episc. & cler.Bart.in l.vnica.n. 32. C. de mulier.& in quo loco.Idem probat Bart.in cons. 59. in fin.vt & Bald.in c. 1.n.6.Quæ sint regalia.& in l.vnica.num.33. C.de sen. quæ pro eo quod inter. Quanquàm si ea bona non
25 sint libera,sed tributaria † aliquando effecta:cum oneribus eiusmodi ad ecclesiam transeunt.vt not. Bart.in l.libertus.§.sola.D.Ad Municip. & in l.rescripto.§.fin. D.de mun.Bal.in l,2.col.1.in fi. C. de mun. patrim.lib. 10.& cons.227.vol.3. De quo plura vide apud Ia Phil. Porc.com.opin.lib.5.concl.3.Quemadmodum & ecclesiæ bona immunia,si ab aliis aut conducta,aut pos-
26 sessa fuerint, † pari immunitate neutiquam fruuntur. Ita trad.gl.Card. & Imol.in Clem. vlt. de censi. Bart. in l.licitatio.§.vlt. D.de publ.& vect.Salic.in l.vniuersi. C.de vect. & commiss. Ias. in Auth. quas actiones.nu. 41.C.de sacros.eccles.Alex.in l. quia tale.n.3.D. Solut. matrim.Dec.in l.omnibus cau.n.2.D.de reg.iur. Bald. cons.496.vol 4. Card.cons.12.Ruin. cons.89.n.6.vol. 1.& cons.143.n.18.vol.5.Menoch.cons.136. num.5. vol. 2. Et not. Guid.Papæ quæst.208. & Ripa lib. 2.resp.c. 22.n.17.& Tiraq.de retract.consang.§.1.gl.13.n.12.& sequen.& copiosè Boër.q. 213. n. 19.qui & alios quosdã recenset.Quòd si verò munera sunt ordinaria, & legitima:quæ ex legis prouisione certam, & statam habẽt præstationem:ea sanè omnibus tam forensibus,quàm
27 subditis imponi posse, † sine vllo discrimine, minimè
28 est dubium.Quippè † quæ rei quodammodo propriè cohærent: & non tam personis,quàm rebus, aut possessionibus indicuntur: vt ab his nulla priuilegia siue ætatis, siue scientiæ vacationem aliquam, aut immunitatem præstare debeant.l.2.& l. obsistere. C. de anno.& trib.lib.10.l.1.C.de indictio.eod.lib.l.his honoribus.D. de vacat. mun.l.rescripto.§.fin. l. munerum. §. patrimoniorum.D.de mun.l.2.C.de mun.patrim. lib. 10.l.fin.C.de exact.trib.eod.lib. Bart. in. l. hi qui.n. 5. D.de iur.immun.Alex.cons.68.n.1.cum seq.vol.2. Paris.cons.25.num.6. Specul.in tit.de cleric. coniug. vbi expressè

expreſsè ait: ſi poſſeſſio habeat certum, & perpetuum cenſum, aut tributum: onus illud cum re ad clericum träſire debere: Secùs verò, ſi non ſit certa, ac perpetua illa cenſus deſcriptio, aut æſtimatio. Quod idem tenet Archidiac. Io. Andr. Dominic. & Phil. Franc. in. c. 1. de immu. eccleſ. Bart. conſ. 180. Bald. in tit. de pace Cõſtantiæ. §. imperialis. verb. munitiones ciuitatis. verſ. quid de collectis. Quam ſentẽtiam eſſe communem, & paſſim receptam teſtatur Remig. de Coruy. in tract. de charid. ſubſidio. q. 24. Cæterùm quod dictum eſt, Eccleſię bona, vt & alia loca, ab extraordinariis muneribus libera omninò, atque immunia eſſe, cum exceptione quadam intelligendum eſſe videtur: niſi ſcilicet aut pietas, † religioq́ue Chriſtiana aliud ſuadeat: 29
vt tradit Innoc. But. & alij in c. 2. de immu. eccl. & Phil. Franc. in c. 1. eod. tit. lib. 6. Aut niſi ſumma, † & euidens 30
hoc flagitet Reipublicæ neceſſitas: cui meritò parendum eſt. l. vnica. D. de offic. conſ. l. non ſolùm, §. fin. D. de excuſ. tut. l. aliquando. D. de offic. proconſ. c. quanto. de conſtit. c. quia circa. de priuileg. Magnum enim telum † eſt neceſſitas: eaq́ue legem non habet. l. 2. C. 31
de patr. qui fil. ſu. diſtrax. c. ſicut. de conſecrat. diſt. 1. gl. in c. cœpit. 24. q. 1. Nam ſi ob graue aliquod, & præſens periculum, aut ob aliam cauſam, in qua communis verſatur ſalus, & vtilitas publica, extra ordinem † aliquod tributum neceſſarium indicatur: ſi quidem aliter huic rei ſuccurri nequeat: æquum eſt, ad omnes illud pertinere, quorum intereſt: vt non ſolùm ciues, & alij prouinciales, verùm etiam ij, qui ex bonis viuũt eccleſiæ, vel ipſa potiùs eccleſia, eiuſq́ue bona ac prædia, partem aliquam ferant illius muneris: licet hoc extraordinarium ſit. l. iubemus. l. neminem. vbi Cyn. q. vlt. C. de ſacroſ. eccl. Dd. in l. ad inſtructionem. C. eod. tit. & in c. non minùs. de immu. eccl. Quanquàm enim opera danda eſt magiſtratibus: ne † tributum 33
facilè ſit conferendum: tamen ſi neceſſitas huius muneris, vel ob ærarij tenuitatẽ, vel ob aſſiduitatem bellorum, alicui Reipublicæ obuenerit: rurſus danda eſt

opera:vt omnes intelligant, si salui esse velint,necessitati esse parendum:vt præclarè docet M.Tull. Cicero
34 lib. offic. 2. Publica enim vtilitas † cuilibet priuilegio anteponenda est: vt not.Bald. in d.l.iubemus: quem in simili casu refert,& sequitur Schurf.conf.44.nu.18.
35 cent.1. Quippe quod generaliter indultum, † non includit casum publicæ vtilitati contrarium. Ang. in l. Diuus. D. de petit. hæred. Et latè in terminis tradit Din.in l.si ex toto.D.de lega.1.&Bal.Raph.Alber.Sali. Alex. Ias. & alij in l. qui cum in tutoribus. & l. cum Aquiliana. C. de transact. quos recenset M. Ant. Natta in conf. 63. n. 1. vol. 1. Quumque eadem vtilitas inde promanet ad Ecclesiam: quæ ad Rempublicam vni-
36 uersam: cuius † veluti caput est ecclesia: æquum profectò est, iisdem oneribus vtramque teneri: si modò necessitas hoc ingens flagitet.Paul.Castr.in d. l.ad instructionem.C.de sacros. eccles. Quandoquidem vbi
37 emolumenti spes † est,ibi oneris fuga esse non debet. l. secundum naturam. D.de reg.iur. c. qui sentit. eod. tit. lib. 6. Neque verò difficile mihi fuerit, exemplis hæc,quæ dixi,ex iure ciuili petitis comprobare:vt pu-
38 ta † si expeditionis tempore, plaustris, mancipiisue, aut aliis eiusmodi angariis, vel parangariis opus sit.d. l.neminem. & l. nullus.C. de cur.publ.c. ecclesiarum. 12.q.2. Itemque si ob annuam embolam (vt ait Theodosius) nauis sit necessaria. d.l. iubemus. Aut si hostes denique omnium templorum, atque tectorum, aut totius prouinciæ alicuius prædones, armis subitò expellendi, aut auertendi necessitas incumbat: vt not. Bart.in d.l.nullus.C. de condit.in publ. lib. 12. quem sequitur Panorm. in d.c.non minùs.col.vlt. & Ias.in l. placet. C. de sacros. eccles. & Petr.Anchor. in c.1.col. pen.de immun. eccl. Quò etiam referri posse videtur pontium, aut viarum refectio: d.l. ad instructionem: quanquàm ea non tam extraordinarij, quàm ordinarij muneris loco est:à quo vacationem non habere videtur ecclesia.d.l.placet.vbi Dd.Sic & Gregorius IX. ab excubiis,& murorum,ciuitatisque custodia, neminem

nem prætextu ministerij ecclesiastici excusari posse scribit: si nimirum factu hoc opus sit, aut si aliter fieri nequeat: in c.2. de immun. eccles. licet munus istud sit personale: & à functione propria ministros quodammodò auocet: vt multò magis hoc admittendum esse videatur in muneribus patrimonialibus: quę non tam operam, aut industriam alicuius, quàm facultatum erogationem, collationemque requirunt: quibus plerunque abundat ecclesia. c. tributum. 23. q. 8. vbi Specul. Atque hoc quidem fieri non modò publicè † in- 39
tereſt omnium: verùm etiam priuatim ecclesiæ. Maurit. in repetit. l. vnic. C. de mulier. & in quo loco. vers. si verò patrimonialia. Quæ vt pace, & quiete fruatur perpetua: à magistratu diligenter prouidendum est. c. 2. de immun. eccles. exemplo Iustiniani Imperatoris, qui scribit se reditus patrimonij sui necessitatibus publicis frequenter deputare. l. absit. C. de priuileg. dom. Quòd si in redemptionem † captiuorum, & ali- 40
moniam pauperum rectè alienantur opes ecclesiæ: c. aurum. 12. q. 2. l. sancimus. l. si quis. C. de donatio. Multò rectiùs profectò eas erogari consentaneum est, ad publicas eiusmodi calamitates à patria, & regione vniuersa maturè auertendas, depellendasque: quod quũ facit ecclesia: † pietatis rationem tunc habet maximã: 41
sec. not. in d. c. 2. de immun. ecceſ. Quæ enim maior esse potest pietas: quàm defendere patriam: † & pau- 42
peres, infirmosque homines ab hostibus tueri? c. fortitudo. cum seq. duob. cap. 23. q. 3. Anton. de Butr. in d. c. non minùs. col. 2. & Anchor. in c. 1. col. pen. de immun. eccl. lib. 6. At contrà quæ maior esse potest impietas: † quàm patriæ laboranti in magnis necessitati- 43
bus non opitulari? pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus. d. c. fortitudo. & c. si quis. & c. non inferenda. 23. q. 3. l. minimè. D. de relig. & sumpt. fun. l. veluti. D. de iust. & iu. Et not. M. Ant. Natta. d. conſ. 63. vol. 1. n. 5. Quod sanè optima ratione referri debere videtur ad eam pecuniæ collationem: quam hodiè in imperio

Romano vsitatam esse videmus: de qua suprà quæstio fuit proposita. (Quæ quidem si belli causa imponitur,
44 superinductum † appellatur: vt not. in rubr. C. de superindict. lib. 10.) vt, quoniam eadem vtrobique valet ratio: quæ est pacis, & tranquillitatis publicæ conseruatio: cum qua salus Ecclesiæ quodammodò con-
45 iuncta est: idem quoque ius† vtrobique statui debeat: l. illud. D. ad L. Aquil. l. a Titio. in fi. D. de verb. obligat. gl. fi. in §. fi. Inst. Qui & ex quibus cau. manum. nõ poss.
46 Semper enim origo, atque causa collectæ † inspicitur: vt intelligatur, vtrum quis soluere debeat, nec ne: sec. Bart. in l. 4. §. actor. D. de re iudic. Bald. in l. etiam. ad fin. C. de except. rei iud. Spec. in tit. de censib. M. Ant. Natta in cons. 157. cum seq. n. 5. & 9. vol. 1. Nam etsi col-
47 lecta iure ciuili † munus est extraordinarium: à quo
48 immunis est ecclesia: † vt vult Bart. in cons. 180. secundum ea, quæ suprà demonstrata sunt: si quidem hoc lege imperij constitutum sit: vt bene distinguit Andr. Gayl. in Pract. obseru. 53. num. 2. lib. 2. Tamen si aut lege quadam certa ita definita, aut consuetudine confirmata fuerit: vt quotannis ea deinceps recurrat: rectè inter ordinaria munera numerari posse creditur: vt docet Bart. in l. hi qui. num. 5. D. de iur. immun. & Alex. cons. 52. num. 8. vol. 5. Paris. cons. 25. n. 90. & Andr. de Isernia in c. 1. sup. verb. & extraordinaria collatio. Quę
49 sint regalia. Posse autem lege aliqua municipali, † aut constitutione principali statui, atque decerni: vt collatio eiuscemodi munus sit ordinarium, ac legitimum: id expressis verbis docet Bar. in l. 1. C. de indict. & Bal. in l. fin. num. 5. C. sine censu vel reliq. Multumque in
50 eo valere antiquam, & vetustam consuetudinem † loci alicuius. in quo fit eiusmodi collatio, satis probatur per text. in l. 1. C. de aur. coron. lib. 10. & in l. missi opinatores. vbi Bart. C. de exact. & trib. eod. lib. & in. l. 1. §. 1. D. de mu. & hon. & in l. fi. §. sed in ea. D. eod. tit. Bal. in l. vni. C. de sentent. quæ pro eo quod inter profer. col. 7. quem sequitur Alex. cons. 78. vol. 2. & consil. 52. vol. 5. Natta cons. 158. n. 1. vol. 1. Cum quibus concordat ali-

dat aliquo modo. l.si publicanus.§.fin.D. de publ. vbi dicitur, quod in vectigalibus omnibus consuetudo spectari soleat. Quò pertinet etiam l. non tantum. §. fi.D.de decurio.l...in princ.D.de vac. mun. l. maximarum. C. de excus.mun. De quibus vide pleniùs. Dec. cōs.358.n.2. cum seq.Sic quod in lege est illicitū: † ne- 51
cessitas quandoque facit licitum. c. quod est. de reg. iur. in 6. Quippe cùm necessitas † non subiaceat legi, 52
sed lex necessitati: c.2.de obseru. iu. iun. c. 2. de consuet.c.sicut.dist.1.Ias.in l. Marcellus. §. res quæ. col.2. D.ad Trebell.Fel.in c.querelam.col.pen.de iureiuran. Et hoc modo necessitas non solùm communem, sed etiam priuatam † legem (quæ priuilegium,& ius singu 53
lare dicitur) planè tollit.l.eius militis.§. militia miss⁹. D.de testam.mil.Silent enim priuilegia,vt & leges, inter arma: l. pro tyronibus. C. de priuil. dom. August. lib. 11. vt ne princeps quidem ipse, qui ea indulsit, † ea 54
seruare,ac tueri debeat.Doct.in l.si ex toto.D.de lega. 1.Fr.Marci.decis.458.num.18.lib.1. Ripa de peste. fol. 111.0.245.Rolan.à Valle.cons.1.n.75.vol.1.Ceph.cons. 451.n.293.cum seq.vol.4.Quin immò verò licet nemo inuitus† rem suam cogatur vendere,aut alienare:l.nec 55
emere. C. de iur. delib. Tamen ob necessitatem magnam Respublica cogere subditos potest: † vt res suas 56
vendant, etiam viliori precio, quàm aliàs. l. venditor: §.si constat.D.si seruit.vindice.l.si pēdentes.§. si quid. D.de vsufr. Bart.l.1.§.cura carnis.de offic. præf. vrb. Et not.Ang.in cons 351 per l.iubemus. C. de sacros. eccl. & Natta cons.63.n.6.vol.1.Alex.cons.190.col.2.vol. 2. Rolan.cons. 80. n. 14. vol. 2 Quo modo & vasallus à Domino ex causa necessitatis, † etiam inuitus, aliena- 57
ri potest:gl.l. inuiti. D. de fideicom.liberta. Alex.in l.1. in princ.D.Solut.matrim. Ias. in §. item Seruiana. Instit.de actio.Feli.in c.cum accessissent.col.10.D.de cōstit.post Rom.in cons.26.quos ita alleg.Ceph.d.cons. 451. num. 284. volum. 4. Sed & manifestò apparet illud:in locum veteris illius indictionis,† quę olim apud 58
Romanos instituta fuit, census agendi gratia, iampri-

dem substitutam esse collectam: quam & ipsam ordi-
59 nariam † fuisse præstationem constat: cum tribus vna-
60 quæque lustris definita esset: † quorum primo aurum
numerabatur, pro imperio: altero argentum, pro sti-
pendio militum: postremo ferrum, armorum, & ferra-
mentorum comparandorum causa. l. 1. C. de indictio.
lib. 10. l. indictiones. C. de ciu. & incol. eod lib. Quod
sane ius longa hactenus cōsuetudine in vniuerso im-
perio Romano vsurpatum, & quasi inueteratum esse
videmus: quæ quidem in collatione eiusmodi pluri-
mum valet, & iure ipso subsistit. Dd. in l. 1. C. de sum.
trin. Ias. in l. de quibus. n. 47. D. de legibus, & consti.
Alex. cons. 52. n. 6. & cons. 68. col. 2. Paris. cons. 25. n. 76.
Itaque dubium non est: quin pecuniæ eiusmodi col-
61 latio † clericis à magistratu indici optimo iure queat.
c. magnum. 11. q. 1. Et tradunt Alber. Paul. Castr. Alc. in
l. ad instructionem. C. de sacros. eccles. Bart. in l. 1. §.
Quod si nemo. n. 3. & 4. D. Quod cuiusque vniuers. nō.
& in l. 3. in fin. D. de alim. & cib. lega. & in l. 4. §. actor. D.
de re iudic. Curt. in l. imperium. n. 70. de iurisdict. om.
iud. & in tract. feud. quæst. 2. part. 2. Bald. in cons. 359.
vol. 3. Castr. in cons. 208. col. 2. quem refert, & sequitur
Alex. cons. 2. col. 1. vol. 4. Roma. cons. 59. cum sim. Sed
62 hoc tamen ita demum verum est, vt dixi: † si ad patriæ,
& ecclesiæ defensionem hoc necessarium sit: vt quo-
ties pro aris, & focis dimicandum est. c. filiis. 16. q. 7. c.
tributum. 23. q. 8. Quo casu vnusquisque hoc officium
cùm publicæ vtilitatis causa, tùm suæ existimationis
tuendæ gratia, libenter ac vltrò, sine vlla tergiuersatio-
ne, aut molestia, præstare debet: ne si auaritiam aliàs,
63 & rapacitatem prodat suam, professio ipsius, † & cupi
ditas hoc modo inter se discrepare dicat: quod Dio-
cletianum Imperatorem cuidam Philosopho mune-
rum vacationem poscenti respondisse legimus in l. p-
fessio. C. de mun. patrim. lib. 10. Fr. Duar. lib. 7. de bō.
eccl. c. 10. Nam ab eiusmodi contributione, quę ratio-
64 ne † belli indicitur, nemo excusatur: licet amplissimū
habeat priuilegium. l. nullus. vbi Bart. C. de cur. publ.
lib. 12.

lib.12.l.2.C.de his qui mune. vel præstat.& l. neminē.
C. de sacrosſ. eccleſ. Siquidem hoc casu princeps † re- 65
uocare potest priuilegia,& immunitates:sec.text.in c.
suggestum.de deci.quem ita declarat Areti. & Soc. in
l.si ex toto.D.de leg.1.Imol.in l.ab omnibus. in princ.
D.eod.tit.Pet.Anchor. conſ.160.cir.fi. Abb. in c.acce-
dente. cir.fin. de præſcriptio. Et est casus nota.in l. vt
gradatim.§.quoties,vbi Bal.D.de mun.& hon. Quum
enim propter bella necessariò stipēdia soluenda † sint 66
militibus:c.quid culpatur.23.q.1.meritò ab huiusmo-
di collatione nemo excipitur. Auth. item nulla com-
munitas.& in l.placet.C.de sacrosſ.eccl.Oldrad. conſ.
98.& sic necessitas derogat omnib. † legib⁹: omnémque immunitatem excludit: vt ait Io. de Plate. in l.1. 67
C.vt ne lic.se excusa.per l.cum te.C.quemad.ciu.mū.
indic.Et not.Nat.conſ.525.n.14. vol. 3. & Ceph. conſ.
451.n.297.vol. 4. Quòd si tamen euidens, aut magna
hoc non flagitet necessitas:principis,aut Reipubl. pa-
trimonio, censúque ad ciusmodi causam sufficiente:
qui magis velle debet bonum publicum, † quàm pri- 68
uatum:l.fin.C. de priuileg. dom. Aug. lib. 11. æquum
sanè est, ecclesiam in eo minimè grauari, aut onerari:
vt trad. Bart.post Cyn. & Alber. in.l. neminem. C. de
sacrosſ.eccleſ.& in c.conquerenti.ad fin. de offic. ord.
vbi dicitur: principem, qui communis † pater est om- 69
nium, primùm sibi, deinde aliis subsidia imponere
debere:quatenus scilicet opus, aut necesse sit. Quod
idem sensit Anchor.in c.1.col.2. not. 5. de immun.ec-
cleſ.lib. 6. & Iac.de S.Georg.in tract. de homagiis.n.
35.& Luc.de Pen.l.vnic.col.3.C.de superindict.lib.10.
Cessante enim causa † impedimenti, ipsum quoque 70
cessat impedimentum.l.libertorum.§. 1. D. de his qui
not.infa.l.si chorus.§.fin. D. de lega. 3. & cessante ne-
cessitate, cessare debet id, quod † vrget. c. quod pro 71
necessitate.1.q.1.&,vt Paulus IC. ait, quæ propter ne-
cessitatem recepta sunt, non debent in argumentum
trahi.l.quæ propter.vbi Dec.D.de regul.iur. Ac gene-
raliter loquendo, vbi locum habet remedium † ordi- 72

narium,in eo non recurritur ad extraordinarium,arg. l.in causæ.2.D.de minoribus.l. siquidem. C. de præd. min.l.quædam.in princ.D.de edendo.l. in prouinciali.D.de oper. nou.nunciat.l. inquilino. D. de dam. infect.Bart.& Bald.l.prima.C.si aduers.fisc.Corn. cons. 184.num.4.in fin.vol.3.Socin.cons.177.vol.2.Crauet. cons.7.in princ.Rolan.cons.59.n.2.cum seq.vol.1.Cephal.cons.356.n.44.vol.3.cum sim.

De Legatis piis.

QVAESTIO VII.

MICHAEL Reusnerus Presbyter,anno Christi MDV. testamento hæredem scripsit Nicolaum agnatum suum, auum meum paternum : & ab eo legauit Francisco fratris filio CCC. si studia literarum persequatur: eoque ampliùs cùm alia quædam fecit legata ad pias causas: tum verò fidei ipsius commisit certam pecuniæ summam:ad perpetuos reditus collocatam:post mortem suam partim sacerdotibus,ac mystis,in celebrationem sacrorum quotidianam, partim agnato proximo, & natu maximo in sumptus studiorum quotannis erogãdam.Simile fidei cõmissum posteà anno MDXVII. fecit Matthæus Reusherus Presbyter: & non ita multò post Doct.Franciscus Reusnerus,Canonicus,& Pro pontifex Vratislauiensis: cuius suprà facta est mentio. Quæritur iam, quid fieri immutata sacrorum religione oporteat? Ac primùm quidem, Vtrum legatum ab hæredibus reuocari, an quod pro sacris hoc modo relictum est,in aliam rem, maximè autem in studiorum causam,conuerti debeat? Deinde, vtrum hoc beneficium ad agnatos duntaxat,aut cognatos testatoris, an etiam ad extraneos pertineat,nec ne? Respondeo, v-
1 sum, non abusum † legatum esse videri: eaq; de causa pecuniam hoc modo legatam, neq; hæredibus defuncti restitui, neque aliis profanis vsibus cedere debere:
2 †sed ad pios,& vtiles ecclesię vsus conuerti:de quibus testa-

testatorem sensisse probabiliter iudicari potest. Sic enim in re simili respondet Modestinus Iurisc. in l. legatum. D. de vsu, & vsufr. legato: Legatum (inquit) ciuitati relictum est: vt ex reditibus quotannis in ea ciuitate, memoriæ defuncti conseruandæ gratia, spectaculum celebretur: quod illic celebrare nō licet. Quæro, quid de legato sit existimandum? Modestinus respondit: quum testator spectaculum edi voluerit in ciuitate: sed tale, quod ibi celebrare non licet: iniquū esse, hanc quantitatem, quam in spectaculum defunctus destinauit, lucro hæredum cedere. Igitur adhibitis hæredibus, & primoribus ciuitatis dispiciendum esse: in quam rem conuerti debeat fideicommissum: vt memoria testato. is alio, & licito genere celebretur. Quibus ex verbis Modestini intelligitur illud, neque Reipubl. neque familiæ ipsius propriam, & quasi peculiarem esse hanc pecuniam, quæ ad vsus illicitos legata sit: sed vt. iusque consensum accedere debere: si quidē in aliū vsum legitimū eā cōferri oporteat. Itaq; legatū ad quē vsum conuerti debeat, magistratus erit, † adhibitis testatoris hęredib. existimare: vt est tex. in l. 1. & in l. legatā. vbi Bar. D. de admin. rer. ad ciuit. pēr. dū modò in abusum non conuertatur: quod in bonum vsum verisimiliter relictum est. Clem. quia contingit. de relig. dom. Tiraq. de priuileg. pię cau. in princ. vers. Et hoc adeò procedit. Quo eodem modo Bart. in repetit. l. 1. q. 2. in princ. C. de sacros. eccles. scribit: legatum diuiti relictum, quem testator pro paupere habuit, † ab eo reuocari, & in vsum meliorem conuerti posse: arg. c. quiescamus. dist. 42. Et not. Bart. in l. pater. §. Tusculanus. D. de lega. 3. Panorm. in c. nos quidē. de testam. At verò repugnare huic sententiæ videtur: quod legati causa cessante, † cessare debeat ipsum quoq; legatum: quandoquidem causa (vt Cicero ait) à suis effectis † non seiungitur: arg. l. cum pater. §. dulcissimis. vbi Bar. D. de lega. 2. l. Pāphilo. §. fin. D. de leg. 3. l. Seio. in prin. D. de ann. leg. l. alteri. D. de adim. lega. Cōcord. l. libertis. & l. demonstratio. §. fin. D. de cond.

Margin numbers: 3 (beside "adhibitis testatoris"), 4 (beside "buit, † ab eo reuocari"), 5 (beside "quod legati causa cessante"), 6 (beside "à suis effectis").

& demonstrat.& c. cum cessante. vbi Dd.de appellat. cũ sim.alleg.per Tiraquell.in reg.tract.Cess. cau. cess. effect.Quam ad obiectionem sic breuiter respondeo:
7 verum hoc esse:quoties finis spectatur: † quo existente
8 cessat res,vel actio,quæ ad finem tendit: † exemplo §.fin.Inst.de auct.tut.& l.actione.§. item si alicuius.D.
9 Pro socio. Quemadmodum & eodem deficiéte, † deficit effectus:arg.l.1. C. de condict. ob cau. cum simil. Præsertim si vnius effectus non sint plures causę,ęquè
10 perfectæ, † atque absolutæ, & per se quodammodò solæ ad disponendum sufficientes:quarum vna cessante, non continuò tunc cessat effectus. exemplo §. affinitatis.& §.socrum.vbi Dd. Inst. de nupt. l. si ventri. §.in bonis.vbi gl.D.de priuilegio credit.l. si non lex. & ibi Bald.& Imol.§.in bonis.D.hæred.instit. Et not.Ripa.in l.ex facto.n.11.cum seq.D. de vulg.& pub.substit. Bald.in l.generaliter.col.2.vers. vbi tamen essent plures causæ.C.de episc.& cler.Din. in c.decet.de regul. iur.in 6.Felin.in c.quæ in ecclesiarum.n.114.cum.seq. extr.de constit.quos in terminis citat Cephal.in cons.
11 81. num. 15. vol. 1. Nisi † scilicet omninò necessaria sit ad disponendum plurium causarum connexio, atque coniunctio:quo casu,si vna cesset,inefficax quadantenus fit ipsa dispositio : vt declarat hoc Abb. in c. cum cessante.de appellat. vbi quoque not. Decius, quæst. 4.per tex. in c. quoniam. §. porrò. & §. sin autem. Vt lit.nō contest.Et nót.Alex.in l.1.col.3.n.10. D. de condict.indeb.Dec.cons.485.Ruin.cons.38.nu.6. & cons. 42.n.21.vol.2.Socin.iun.cons.110.n.7.vol.1. Sed minimè tamen vera est hæc regula,de causa impulsiua:qua
12 cessante, † non item cessat effectus:l.2.§.fin.D. de donat.l.1.in fin.D.de mino. l.1. §. sexum. D. de postulan.
13 & tot.tit.C.de fals.cau.adiect.sicut nec de modo,†qui causam impulsiuam importat, vera ea regula esse per-
14 hibetur:cuius defectus,nō inducit amissionem † legati:l.si Titio.vbi Bart.de lega.1.gl.in l.1.vbi Dd.C.de instit. & subst. neque idcircò tota corruit vltima voluntas.l.demonstratio.§.1.D.de cond. & demonstr. quippe quæ

pe quæ ob alios fines instituta est: veluti ob familię dignitatem, & beneuolentiæ significationem, aut bene merita, &c. l. nec adiecit. D. Pro socio. Et not. gl. & Bart. in l. cū tale. §. falsam causam. & in l. Titio. §. si cū ante. D. de cond. & demōst. Alex. in l. fi. in princ. C. de edict. D. Adr. toll. Ruin. cons. 20. n. 1. vol. 2. Corn. cons. 311. n. 14. vol. 1. quos sequit & alleg. Ceph. cons. 81. n. 1. & cōs. 84. n. 11. vol. 1. & cons. 429. n. 103. cū seq. vol. 3. Sic igitur fine legati ipsius nōdū hīc vel deficiēte, vel existēte: legatū † ipsum in suo vigore permanere, rationis est: ex do- 15
ctrina contrariorum: quorum † eadem est virtus, & di- 16
sciplina: arg. §. 1. Inst. de his qui sunt sui vel ali. iur. & l. qui. D. de accusat. cum vulg. vt idem scilicet operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito: l. fin. D. de lega. 3. quod vtrunque tradunt Dd. in rubr. D. de acquir. possess. Neque enim legatum idcircò reuocatur: † si res legata permutetur: vt vult Socin. 17
in cons. 162. n. 22. vol. 2. multoque minùs, si pro abusu
† legati illicito, licitus vsus demonstretur, aut introdu- 18
catur: d. l. legatum. vbi Dd. D. de vsu & vsufr. lega. & l. legatam. D. admin. rer. ad ciu. pert. cum sim. Nam verum
est, quod vulgo dicitur: Qui plus † facit, idem facere 19
videtur: vt concludit Card. post Io. Andr. & Lappum in Clem. quia cōtingit. de religio. dom. q. 9. vbi Imol. etiam tradit: & tenet Abb. in c. tua nobis. not. 3. de testa. At enim (obiiciat secundò loco fortasse quispiam)
legatum pium † nemini licet in alium vsum æquè, vel 20
etiam magis pium conuertere, absque Pontificis auctoritate, aut saltem ipsius Principis: cui soli hoc facere ius est, de plenitudine potestatis suæ: vt est tex. in d. c. qa contingit. & d. l. legatū. Et not. M. Ant. Nat. in cōs. 211. n. 3. vol. 1. Ad quod per exceptionem respondeo cum glossa in d. l. legatam, verb. citra principis auctorit. Nisi scilicet, quatenus lex † hoc ipsum quoque sta- 21
tuit, aut iubet. Quandoquidem quod lex † permittit, 22
& princeps permittere videtur. l. 1. §. 1. C. de vet. iur. enucl. Permittit autem non modò, sed iubet quoque
lex tam diuina, quam humana, † religionem erga 23

Deum:l.veluti.D.de iust. & iu. cum. sim. eamque sanctam, & plenam pietatis, & quæ à nullius hominis pēdet arbitrio: sed potiùs à Dei ipsius verbo, & mandato: adeoque ab Orthodoxa & Catholica fide Christiana: quum certum sit, quicquid ab hac discrepat, legi Christianæ esse contrarium.l.cœlicolarum. C. de Iudæis, cum sim. Sed contrà Vlpianus statuere videtur in l.1.D.de administr.rer. ad ciuit.pert.vbi expressè dicit:quod ad certam speciem ciuitati relinquitur: in alios vsus id conuertere minimè licere. Quem tamen nodum glossa in ead. leg. itidem per exceptionem
24 soluit. Nisi (inquit) in certis quibusdam casibus, † qui expressi sunt in d.l.legatam.D.eod. tit. vbi Valens IC. sic respondit:Legatam (inquit)municipio pecuniam, in aliam rem,quàm defunctus voluerit,conuertere citra principis auctoritatem non licet: & ideò siue vnũ opus fieri iussit: quod Falcidiæ legis interuentu fieri non potest:permittitur summam,quę eo nomine debetur,in id,quod maximè necessarium Reipub.videatur,conuertere: siue plures summæ in plura opera legantur, & legis Falcidiæ interuentu, id, quod relinquitur,omnium operum extructioni nō sufficit: permittitur in vnum opus,quod ciuitas velit,erogari.Sed municipio pecuniam legatam, vt ex reditu eius venatio,aut spectacula edantur, Senatus in eas causas erogari vetuit.& pecuniam eo legatam,in id, quod maximè necessarium municipibus videatur, conferre permisit:vt in eo munificētia eius,qui legauit, inscriptione notetur.Cum qua lege concordat d.l. legatum ciuitati.& l.quidam.D.de vsu & vsufruct.leg.l.liberto. §. Lucius.D.de ann.leg.l.pen.§.fi.D.de iur.& fact. ignor. l.pen.D.de oper.publ.l.Imperatores. in fi.D.de polli. cum aliis sim:l. quas allegat gl.in d.l.legatam: vbi Dd. Ex quibus omnibus satis intelligitur: rem legatam, si opus facto sit,in meliorem vsum conuertere licere:ita demum si magistratus accedat auctoritas: vt posteà dicetur. Quod multò magis verum est in legato ad pias
25 causas relicto: cuius vsum,† nō abusum spectari oportet:vt

tet:vt aliàs monet M.Tull. Cicero in Topicis suis. Neque enim vllũ legatũ, ad pias causas relictũ, † fit caducũ:sicut nec vllo vacare debet tempore:sed ad licitum legitimumq; vsum perpetuò conferri: vt docet Bart. in d. l. legatum ciuitati & in d.l. pater. Et not. Abb. in cons.27.lib.1.Schurf.cons.48.cent.1.Atqui pecuniæ eiusmodi legatæ vsus esse potest multiplex: quippe quum ea bene vti liceat ad verum Dei cultum,& salutem Reipublicæ, † aut in conseruando sacro ministerio: aut in piis scholis constituẽdis: aut in pauperibus iuuandis:aut denique in conditione ecclesiæ quoquo modo meliore efficienda.l.cum hi. & ibi gl. §. eã trãsactionem.D.de transactio.l.sancimus.vbi gl.& Dd. C. de sacros.eccl.§.& hoc quidem.Auth.de alim.emphyte.c.prædia.de his,quæ fiunt à præla. Quò etiam pertinet studiorum causa: quæ & ipsa est pia, † aut certè piæ causæ simillima:secundum ea,quæ tradit Tiraquel. in tract.de priuileg.piæ causæ. Quum sine horum adminiculo neq; ecclesia,neq; Respublica salua diu,atq; incolumis esse queat.Auth.habita.C.ne fil.pro patre. Quare rectè omninò factum esse arbitror: ꝙ pecunia illa mystis olim erogari solita, in vsum eorũ, q studiosi sunt pietatis,& bonarũ artiũ, conuersa sit:quippe quũ & publica sit causa studiorũ, & omnib. aliis reb⁹ anteponenda:vt vult Alc.Parerg.lib. 6. c. 21.Perinde enim est,† aliquid fieri,aut simile fieri. l.fi. D. Mand. c.ideò. cũ gl.dist.30.adeoq; facilis est transitus in Symbolizãtibus:vt loquitur Bal.in c.1.§.si verò.Qual.olim.feud. alie. pot. Quanquã verò mãdati fines † diligenter seruandi sunt.l.diligẽter.C.Mandati:tamen ex verisimili mãdatoris volũtate aliquando ab his recedere † licet. l.qui hominẽ.C.eod. Quẽadmodũ etiã ex iusta,& ꝓbabili causa,magistrat⁹ aliquãdo potest immutare testatorũ sententias: † in alienãdis bonis,aut in meliorẽ vsum cõuertẽdis:publica nimirũ, aut saltẽ priuata hoc suadẽte vtilitate,& necessitate: vt patet ex l.in cõfirmãdo.vbi & Bar.l.vtilitatẽ.D.de cõfir.tut.l.si plures.§. q̃uis.D.de admin.tut.l.1.in prin.D.vbi pupil. educ. deb.

Bal.in l.si argumētū.C.de test. vbi ait, magistratui cui-
33 uis licere volūtatē defuncti mutare: modò † constet de causa iis, quorū interest: p l.legatā.D.de admin.rer. ad ciu.pert. Et not.idē Bal.in l.cū tale.§.1.D.de cód.&de-mōst.& Bar.in l.nemo potest.col.2.vers. Quæris Din. D.deleg.1. Aretin.cōs.22. Pet.de Anchar.cōs.84.Natt. cons.425.n.3.cum seq.vol.2. Modò tamen eo ipso nō impediatur omninò vltima voluntas testatoris: quam
34 inuiolatam conseruari, † quoad eius fieri possit, publicè interest.l. vel negare. D. Quemad. testam. aperi. Dd.& inprimis Paul.de Castr.in l. ex facto. D.de vulg. subst.Natta in cons.211.nu.19.vol.1. Nam vltimam voluntatem sancti patres quoque sanctè esse seruandam cēsuerunt. c.vltima voluntas.13.q.2. Et Apostolus ait, morte confirmato testamento, neminem in eo aliquid vel addere, vel immutare: gloss.in c. tua nobis de testa. per text. in c. cum morte. §. cæterùm. de celebran. miss. quum ne rescripto quidem illud rescindatur,
35 † si iure perfectum sit.l.si testamētū C. de testam. Neque enim voluntas vltima ad cuiusquam pertinet
36 arbitrium: † iux.no.in l.voluntatis. C. de fideicom. ac ne ipsius quidem antistitis: qui voluntatis vltimæ suffragator, non impugnator esse debet: vt ait Bald. in l. 1.in fi.C. de his quæ pœnæ nom. Quippe quæ pro le-
37 ge seruanda est. † §.disponat.Auth.de nupt. Bart.in l.
38 interdum. D. de condict. indeb. Ea siquidem † omnia regit ac gubernat in testamento. l. in conditionibus. D.de conditio.& l.cum virum, C.de fideicom.l. fin. D. de necess.her.instit.l.3.C.de lib.preter. Adeò vt etiam
39 nuda voluntate testatoris legata reuocari queant: vt est in l.3. ad fi. D. de adim.lega. Sicut & fideicommissa
40 † solent.l.si iure.D.de lega.3.gl.in d.l. 3. §. fin. in verb. nuda.D.de alim.lega. Cæterùm an fideicōmissum hoc in causam studiorum collatum, ad eos potiùs, qui sunt in familia & cognatione testatoris, an etiam ad extraneos pertineat: de eo verba testamenti, vnà cum causa eiusdem, propiùs inspicienda esse arbitror. Nam le-
41 gati causam considerandā † esse, si verba sint ambigua:

docet

docet Bart. per text. in l. vxorem. D. de legat. 3. Sicut & vnaquæuis lex, † aut dispositio à causa sua regulatur. 42
l. cancellauerat. D. de his, quæ in testam. delen. l. Seio amico. in princ. D. de annu. legat. l. 3. D. de pecul. cum simil. & not. per Ceph. in cons. 181. nu. 3. vol. 2. & cons. 485. nu. 95. vol. 4. Sic autem in testamento diserte scriptum est: in legato præstando primùm agnatorum, & cognatorum: deinde, si hi non extent, aliorum Reipublicæ ciuium rationem habendam esse. Quod etsi ad fideicommissi partem vnam duntaxat refertur, in qua de studiis agitur: tamen quid obstat, quò minus ad alteram quoque partem produci debeat, quæ ad sacrorum & sacrificiorum curam pertinet: quum ea in causam studiorum, arbitrio Senatus, & consensu familiæ totius collata sit. Nam & hoc ipsum testatorem sensurum fuisse, si animo hoc præuidisset, credibile est: vt suæ potiùs, quàm alienæ familię rationem haberi vellet: ob æquitatem naturalem, caritatemq; sanguinis: l. si quis. D. de lib. agnosc. Bart. & Dd. in l. hæredes mei. §. cum ita. D. ad Trebel. Alex. in l. si pater. D. de vulgar. & in cons. 5. vol. 3. Quod cùm alia testamenti verba indicant: tũ verò maximè finis, & causa ipsius fideicommissi satis euidenter declarat. Quæ † vt omnium cau- 43
sarum potissima est: arg. l. si quis. D. de ritu nupt. Ita in primis spectanda est in omni negotio: † l. non intelli- 44
gitur. §. si quis palàm. D. de iur. fisc. l. Mela. D. de alim. & cib. legat. §. quia verò hactenus. Auth. de nupt. coll. 4. Bart. in l. quum ambitiosa. nu. 19. D. de decret. ab ord. fac. Finis enim designat, † qualis res censeri debeat. c. 45
fraternitatis. in fin. D. de frig. & malef. l. sed etsi quis. §. fin. D. de vsufruct. Et quod fit finaliter, † id demum fie- 46
ri principaliter dicitur: secundum Bart. & Bald. in l. 1. D. de condit. & demonstr. Quibus consentaneè scribit Decius in l. rogasti. nu. 5. D. si cert. pet. Maximè verò in fideicommissis † consideranda est causa finalis; vt in- 47
telligatur, quæ affectio, & quæ voluntas fuerit ipsius testatoris. l. cùm pater. §. dulcissimis. D. de leg. 2. Quam communem esse opinionẽ testatur Paris. cons. 6. nu.

20.& conſ.18.nu.21.& conſ.22.nu.37.& conſ.25.nu.29. vol.3. quẽ citat hoc modo Vveſeb.conſ.93. n.15. vol.2. vbi etiã allegat M.Soc.conſ.110.& cõſ.145.vol.3. Ruin. conſ.12.n.11.vol.3.cũ aliis quibuſdã. Sed in hoc quidẽ fideicõmiſſo triplex eſt cauſa finalis:vt ex verbis teſtamenti apparet: nimirũ gloria Dei,animæ ſalus, dignitas familiæ.Quanq; dictio PRO,† nõ ſemper finalẽ,ſed interdũ impulſiuã cauſam, vel etiã modũ determinat: arg.l.ſi quis pro redẽptione. C.de donat. Bart.in l.L. Titius.§.à te.D.de leg.2. & in l.quibus diebus.§.Termi lius. D.de cond.& demonſtr. Dec.& Salic. in l.1. C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Corn.conſ.311. nu.4. vol.1.& conſ.187.num.8.vol.2.& conſ.32.nu.6. & conſ. 35.nu.2. vol.4. Sed quoquo modo tamen hoc intelligatur: fideicommiſſi huius cauſa non eſt vniuſmodi, ſed multiplex, vt iam antè dictum eſt. Poſſunt enim v-
49 nius rei † multæ eſſe cauſæ: quarum tamen aliæ abſo-
50 lutæ ſunt, † & veluti principes: aliæ verò adiuuantes, & quaſi ſociæ: eæque vel remotæ, vel propinquæ. Si-
51 cut & vnius rei multi fines eſſe poſſunt: † quorum alij tamen aliis quodammodò ſeruiunt, atque ſubminiſtrant: exemplo l.in pecudum. in fin. D.de vſur. Quo
52 ſanè caſu ſi vna, aut altera cauſa ceſſet: † ſi quidem plures ſint,& iure ſubſiſtãt,nihilo magis ceſſat lex, vel diſpoſitio: arg.§.affinitatis.Inſt.de nupt.& l.fin.D.de decurionibus.l.pen.in fin. C.de quæſt. l.vnius.§.ſeruus. l.etiam.D.eod.cũ cæteris,de quibus per Bart.& Alber. in l.2.§.fin.D.de donat. Idque contra communem iu-
53 ris regulam: Ceſſante cauſa, ceſſat effectus: † quã plenius explicatam vide apud Tiraq.in limit.eius regulæ prima.Proxima verò ex his cauſa eſt liberalitas,& munificentia teſtatoris erga propinquos,& ſanguine con
54 iunctos: † quæ in legatis ac fideicõmiſſis potiſſimùm conſideratur. l.1 D.de donat. Bart.in l. demonſtratio. §.quod autem.nu.13.D.de cond.& demonſtr. Quippe ea cum his quodammodò cohæret: vt ait Angel.in §. longè. Inſt.de legat. &Bart.in d.§.quod autem.col.3. in fi. Corn.in conſ.69.vol.4. Legatum enim ab agna-
to

to † factum alteri agnato, familiæ & agnationis causa 55
factum videtur: vt tradit M. Ant. Natta in cons. 363. nu.
11. volum. 2. per l. tutor petitus §. quæ tutoribus. D. de
excus. tutor. l. si seruus plurium. §. fin. ibi, legatarij ca-
ritas & necessitudo. D. de legat. 1. c. quia nos. c. requisi-
sti. de testam. Quo casu legatum quoque eiusmodi,
quod familię, aut cognationi relictum est, latè † inter- 56
pretandum esse monent Dd. per text. not. in l. Aure-
lius. §. Titius testam. ibi, propter naturalem affectio-
nem. D. de liber. legat. Bart. in l. Aurelio. §. Caius. col.
pen. D. eod. tit. & l. cùm alienam. C. de legā. Dec. cons.
69. nu. 5. Socin. Iun. cons. 98. nu. 22. & cons. 124. nu. 29.
vol. 1. & cons. 167. num. 11. vol. 2. Crauet. cons. 62. nu. 8.
Corn. cons. 103. nu. 5. vol. 4. Natta cons. 186. nu. 10. vol.
1. & cons. 626. nu. 20. vol. 3. Cephal. cons. 81. num. 16. &
cons. 144. num. 32. vol. 1. & cons. 528. nu. 25. & cons. 612.
num. 11. vol. 4. Quid? quod vnaquæque res † facilè re- 57
dit ad principium, & ad naturam suam recipiendam
semper fit habilis, & idonea: c. ab exordio. dist. 35. l. si
vnus. §. pactus. D. de pact. quemadmodum etiam effe-
ctus † ad causam facilè reducitur: argum. § 1 Instit. per 58
quas person. cuiq. acquir. lic. Ant. de Butr. in c. vt su-
prà. nu. 11. Barbat. in c 2. de feud. Euerard. in Topic. c.
72. eaque dispositio fauorem meretur maiorem: per
quā reditur ad primæuum statum: † vt tradit Gozad. 59
cons. 9. n. 31. quem refert. Vveseb. in cons. 51. nu. 29. vol.
2. Sed & propter personarum affinitatem, cognatio-
nemque, † legis generalis plerunque fit quædam de- 60
rogatio: vt vult Alciat. in lib. 1. de verb. signif. col 18. nu.
40. Multum enim valet communio sanguinis, † & gen- 61
tis, familiæque coniunctio: vt non sine causa testator
præsumatur magis fauere suæ, quàm alienæ familiæ. l.
cùm ita. § in fideicommisso. vbi Alciat. D. de legat. 2. l.
Publius. §. qui filios in fin. D. ad legem Falcid. Et patet
ex not. per Bart. in l. si mater. §. si filius. D. de vulgar. &
pupil. & in l. Gallus. §. etiamsi parente. col. 2. D. de lib.
& posthum. Quoniam maior semper est affectio † er- 62
ga sanguine coniunctos, quàm erga extraneos: qui nō

ex eadem gente,aut domo prognati sunt. l.peto.§.fratre. vbi Alciat. D.de legat.2. Sed & ad fideicommissum
63 † priùs admittuntur à testatore magis dilecti, quàm minùs dilecti.d.§.in fideicommisso.& d.l.cùm ita.& l. si seruus plurium. D.de legat 1. & l.Aurelius. §.Titius. D.de liberat.legat. vbi IC.ait, præsumtionem propter naturalem affectum facere, vt omnia patri cõcessa videantur. Facit text.in l.cùm alienam. C.de legat. & in l.cùm alimenta. D.de alim.& cib.legat. & in l.capienda §.1.D.de reg.iur.Et not.Alex.cons.1.col.4.volum.1. Paris.cons.79.nu.19.vol.2.Ruin.cons.2.nu.9.volum.1. Riminal.cons.75.nu.39. M.Natta cons.188.nu.11.vol.1. Did.Couar.q.38. Sic in simili causa legatum sacerdoti
64 relictum, † licet ad Ecclesiã quodammodo pertineat: si tamen is cognatione, aut affinitate,aut necessitudine aliqua amicitiæ coniunctus sit testatori: non tam Ecclesiæ,quàm sacerdoti eiusmodi legatum adiudicatur.c.requisiuisti.de testam.l.annua. §.1.D.de annu.legat. Quo eodem modo legatum factum Titio, si duo, aut plures sint,ei adiudicandum esse monent iuris In-
65 terpretes: in quem testator † maximè propensus, & affectus fuerit. l.duo sunt Titij. D.de testa.tut. l.si quis seruum. §.si ita. D.de legat.2. Nam vt in aliis iuris articulis,ita in testamentis,& cæteris vltimis voluntatibus interpretandis plurimùm valet affectio cuiusq; natu-
66 ralis, † & caritas sanguinis, & fauor agnationis: quippe ex quo in dubiis plerunq; sumitur cõiectura: exemplo l.lege Iulia. D.de test. l. petitionem. C.de aduoc. diuers.iud.c.inter. de sent.excom. cum aliis exemplis legum quàm plurimis: de quibus vide Alc.in l. 1. D.de verb.signif.col.18.nu.20.Quam sententiam passim tenent Dd.Bald.in l.si defunctis.C.de suis & legit. Bart. in l.liberorum. D.de verb.signif. Ruin.cons.79.num.5. vol.3. Curt.Iun.cons.58.nu.3.& cons.161.num.5.Alex. cons.80.vol.1.& cons.97.vol.2.& cons.84. vol.4. Dec. cons.316. Socin.Iun.cons.177.num.13.vol.2. & cons.4. nu.20.in fin.vol.3. Menoch.cons.86.num.37.Cephal. cons.210.nu.60.& cons.252.nu.12.vol.2. Quò accedit

illud

illud, quod ſine cóſenſu familiæ, fideicómiſſum † hoc 67
in aliam rem conuerti nõ potuit: vt patet ex d.l.legatum ciuit. in fin. de vſu, & vſufr.legat. Quippe cui ius quoddam commune in bonis teſtatoris, per eiuſmodi fideicommiſſum quadantenus quæſitũ eſt: † vt ex- 68
tra familiam hoc nemini alienare liceat: ne principi quidem, aut cuilibet Magiſtratui: vt conſtat ex l.item ſi verberatum.§.1. vbi Bart.D.de rei vindic.& l.Lucius. D.de euict. Facit tex.in l.venditor,§ ſi conſtat.D.com. præd.& l.id quod noſtrum. cum ibid.not. D.de regul. iur. Bart.& Dd.in l.fin. C.ſi contra ius, vel vtil.public. Innoc.in c.ſuper his.de vot. & Can.in c.quæ in Eccleſiarum. de conſtit. Et quoniam iura plurimùm fauere ſolent familiarum dignitati, atq; conſeruationi: † arg. 69
l.libertis. D.de cond.& demonſtr. l.ſi filius. §.cùm pater.D.de legat.1.l.omnia.in fin.l.peto. §.vlt. l.cùm pater. §.cùm inter. D.de legat.2. l.pater filium. §.1. cum ſeq.D.de legat.3.gl.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. D.ad Trebel. Quippe in quibus eſt fons memoriæ: † l.pro- 70
nunciatio.D.de verb.ſignif.Alber.in rubr.D.de vulg.& pupil.ſubſtit.Iaſon conſ.173.num.5.vol.4.Tiraquel.de nobilit.c.25.& c.137.num.23. Idcircò meritò familiæ ipſius,atque cognationis prima, & præcipua cauſa eſſe debet. † §.item vetuſtas. Inſt.de hæred.quæ ab inteſt. 71
l. 4. C.de liber.præter. in qua bona conſeruari valde vtile eſt, ac propemodum neceſſarium: † l.filiusfamil. 72
§.diui.D.de legat.1.l.1. §.ſed etſi ſeruus.verſic.publicè intereſt.D.de ventr.inſpic.Quum ſine opibus ac diuitiis familiarum dignitas,atque amplitudo ægrè admodum,& difficulter ſuſtineatur. † d.l.1.& l.ab omnibus. 73
circa princ.D.de legat.1.l.ſunt agnati. D.de legit.tutor. Quò etiam referri debẽt ea, quæ notant Dd.in l.2. C. de in ius vocan. & in l.2. C.quando,& quib.quar.pars deb.lib.10.Cynus & alij in l.1.C.de adult.Bart.in l.1.in fin. vbi quoq; Io.de Plat. C.de dignit.lib.12. Io.Andr. in addit. Specul.de ſucceſs.ab inteſt.Socin.conſ.246. col.2.vol.1. Corn.conſ.90.in fin.vol.3.Hotom.conſ.1. col.2. vol.1. Matth.de Afflict.in conſtit.Siciliæ. col.9.

not.6. & Bo.Curt.in tract.de nobil.col.2.quorum po
74 stremus ille nobilitatem sine diuitiis † mortuam esse ait: perinde vt fidem sine operibus mortuam esse dicit Iacobus Apostolus in Epistola sua, cap.2.

De Libris à patre filio concessis.

QVAESTIO VIII.



ARCVS Aurelius pater filio suo cognomini Marco Aurelio, natu maximo operam daturo Iurisprudétiæ, libros quosdam vtendos dedit, in vtroque iure scriptos: quos patre mortuo, in diuisione hæreditatis conferri postulant cæteri hæredes legitimi. Quæstio est, An filius libros hos à patre acceptos, & sine vlla interpellatione sibi tam diu concessos, conferre debeat? an verò iure quodam suo præcipere, tanquam à patre sibi donatos? Cui sanè quæstioni dubitandi causam afferre videtur: primùm, quòd nulla donatio inter patrem, & filium facta fuerit: quum de ea nulla patris testatoris expressa extet volũtas: sine quâ
1 ne disciplinæ quidẽ causa erogati sumptus, † alimentorum legatorum nomine continentur. l.legatis. & l. nisi.D.de alim.& cib.leg. l.sicut. §.non videtur. D.quibus mod.pign.vel hypoth.solu. l. Caius. D.de pignor. act. Deinde, quòd ne fieri quidem vllo modo inter
2 eos donatio potuerit: † vt est textus in l.donationes; quas parentes.C.de donat.inter vir.& vxor.l.1.§.si pater.D.de vsucap. p donat. l.2. vbi gl. C.de inof.donat. Dd. & in primis Bart. in l.frater à fratre. num.57. D.de condict.indeb. Quam communẽ esse opinionem dicit Alber.in l.si pater. circa princ. C.de inof.testam. & Paris.cons.16.nu.119.vol.2 Ceph.cons.501. nu.27.vol. 4.& Iul.Clar. lib.Sent.4. § donatio: q. 8. Guid.Papæ decis.145. num.1. Verùm his rationibus & auctoritatibus nõ obstantibus, ego contrarium statuendum esse iudico: & donationem non modò factam esse, sed

&

& optimo iure fieri potuisse affirmo. Primùm enim satis manifestum est, voluisse hoc patrem, vt operam Iurisprudentiæ daret filius: ad quam percipiendam ei in Academiam ablegato, quũ adhuc in viuis esset, libros t: adidit suos: quòd sine his † parum admodum in hac 3
disciplina eum profecturum esse animaduerteret. arg. l. pen. D. ad exhib. & l. vtrum. D. de petit. hæred. Quod latè explicat & declarat Oldrad. in cons. 84. Et notat Alberic. in l. fin. C. de vet. iur. enucl. Felin. in c. Rudolphus. colum. 27. de rescript. & in c. omnes leges. dist. 1. colum. 3. Barbar. in c. cleri. col. 6. de iudic. Quos refert, & sequitur Neuiz in quæst. an oporteat habere plures libros: cum aliis allegatis compluribus. Qui igitur vult consequens, † necessariò vult antecedens. l. 2. vbi Dd. 4
D. de iurisd. om. iud. l. 1. §. 1. D. si vsusfruct. pet. l. 3. §. qui habet. & ibi Castr. D. de seruit. rust. præd. l. refectionis gratia. vbi gl. D. comm. prod. l. illud. D. de acq. hæred. l. ad rem mobilem. l. ad legatũ. D. de procur. cum simil. de quibus Alex in rubr. C. qui admit. nu. 2. & Decius cons. 77. nu. 4. & cons. 308. num. 9. & alibi, quos allegat Ceph. cons. 63. nu. 7. vol. 1. Eademq; ratio est finis, † & 5
eorum, quæ tendunt ad finem: quippe quo concesso, † concessa videtur omnia, per quæ ad finẽ peruenitur. 6
l. oratio. D. de sponsal. l. vel legat. D. de alim. & cib. leg. l. 2. §. inspectio. D. quemad. test. aper. l. ad legatum. D. de procur. l. 1. C. de ord. iud. l. quoties. C. de iud. Adeoq; generaliter vno cõcesso, † omne illud videtur concessum, 7
sine quo illud expediri non potest: vt est tex. not. in l. 2. vbi Cyn. Bart. Bal. & Dd. comm. D. de iurisd. om. iud. & in l. qui procuratorem. D. de procur. l. fin. in fin. D. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 3. in fi. D. de penu lega. l. veteres. cum not. ibid. per gl Bar. & Dd. alios. D. de itin. actuq; priua. Facit c. quoniam. de sent. excom. lib. 6. & c. cùm præterea. de offic. leg. c. cùm infirmitas. de pœn. & remis. Qua de re plura vide apud Euer. in Topic. c. 94. vbi similem ferè speciem facti recenset de Monacho: q pro sumptibus studiorũ † vniuersum 8
potest obligare Cœnobium, si opus sit: propterea

quòd impetrata venia ſtudendi in Academia, omnia
ei videantur à Præſule conceſſa eſſe, ſine quibus in ſtu
diis literarum commodè verſari nequit. Archid. in c.
cùm paſtores. 2.q.7. & Panor. in c. venientes. de iure-
iurando. Idemque not. Dd. in c. ex parte. de accuſat.
& gl. in l. ſi longiùs. D. de iudic. quam veluti commu-
niorem opinionem approbat quoque Panor. in conſ.
9 88. vol. 1. Nam ſtudiorum cauſa vt pia eſt, † aut ſaltem
piæ cauſæ perſimilis: ſecundum Tiraq. de priuil. piæ
cau. in fin. princ. cum alleg. ibid. locis. Item eadem ma-
10 ximè eſt fauorabilis. † l. aſſiduos. §. exceptis. Cod. qui
pot in pign. hab. & l. 1. in fin. vbi Bart. D. ſolut. matrim.
11 Quorum equidem cauſa multa conceſſa ſunt, † quæ
aliàs ſunt prohibita: vt docet gloſ. in l. fructus rei. D. de
regul. iur. Idque potiſſimùm propter vtilitatem pu-
12 blicam † inde emergentē. Auth. quæ res. C. commun.
de legat. Præſertim verò ex ciuili ſapientia: quæ vt ſan
13 ctiſſima eſt diſciplina, † ita ſine ea neque domus, neq;
Reſpublica adminiſtrari, ac ne mundus quidem vni-
14 uerſus conſtare poteſt: † vt ait Imp. Iuſtin. in Auth. ha-
bita. C. ne fil. pro patre. Et eſt text. in l. 1. §. 1. D. de var.
& extraord. cogn. aud. & in l. per procuratorem. D. de
acquir. hæred. Et plura de hoc vide apud Panor. in c.
de multis. verb. ſublimis. de præbend. Itaque ne ſum-
15 ptus quidem ſtudiorum in filium collati, † à patre re-
peti poſſunt: nedum ab hæredibus ipſis. l. quæ pater.
D. famil. hercisc. Quippe qui pro caſtrenſi peculio ha-
16 bentur: † quod in collationem non venit: † & in quo
17 filiusfamiliàs pro patrefamiliàs habetur: † per text. &
18 not. in l. ſi filiusfamil. C. famil. herciſc. & l. 1. §. nec ca-
ſtrenſe. vbi Bart. D. de collat. bon. Alex. in l. ſi in dona-
tione. & Bald. in Auth. ex teſtamento. & Iaſon in Auth.
quod locum. & in l. filiæ. C. de collat. Præſertim ſi cau-
19 ſa ſtudiorum ſubſecuta ſit: † vt vult Bart. & Iaſon in d.
Auth. quod locum. Tunc enim animo potius donan-
di, quàm credendi, aut repetendi, ſumptus hoſce pa-
ter filio ſubminiſtraſſe præſumitur: d. l. quæ pater. ma
20 ximè ſi non extent hi ſumtus, † in rationes paternas
relati.

relati: arg.l.Nesennius.D.de negot.gest.Iason in dicta Auth.quod locum.nu.4.C.de collat.Alciatus in tract. Præsumpt.reg.1.præs.7. Neque verò obstat, quòd patris voluntas dicto,vel scripto non sit expressa:aut certè iuramento stabilita: quo aliâs quælibet donatio facta filio à patre ita confirmatur, † vt iure valeat:secun- 21
dum Ioan.Andr.in addit.ad Specul.tit.de testam. §.1. colum.2. Et notat Bart.in l.si quis pro eo. nu.12.D.de fideiuss. in l.2.colum.47.D.de iureiur. & in l.fin.nu.8. C.de vsucap. pro donat. Alex.Dec.Ias.Rom.Riminal. in l.si donatione.C.de collat. Cui tanquam communiori sententiæ passim subscribunt Dd. Aret.cons.17. colum.3.& cons.71.colum.fin. & cons.77. colum.pen. Alex.cons.7.num.6.& cons.8.num.4.& cons.20.nu.2. Corn.cons.306. colum.2.vol.3. Socin.cons.91. col.4. vol.1.& cons.118.vol.3.Crauet.cons.39.num.3.& cons. 136.nu.2.& cons.202.nu.13. Grat.cons.7.nu.8. Alciat. cons.29. nu.2. & cons.45.nu.2. Cephal.cons.467. nu. 81.& cons.494. nu.20.vol.4. cum aliis per Decium relatis, in cons.239. in princ. & cons.432.num.5.& cons. 688.nu.11. De quo plura vide apud Iul.Clarum in §. donatio.lib.1. opin.74. & Viuium com.opin.74.lib.1. & Duen.regul.219.pag.305.in fin. & Andr.Gayl.Pract. obseru.38. nu.10.lib.2. cum ibidem allegatis compluribus.Nam(vt Modestinus ait) expressa nocent: † non 22
expressa,non nocent. l.expressa D.de regul.iuris. & l nonnunquam.D.de condit.& demonstr. Multaque sæpenumerò tacita pro expressis habetur. † l.cùm quid. 23
D.de reb.credit. nec quicquam refert, vtrum quis voluntatem suam declaret verbis, an rebus ipsis, aut factis. † l.de quibus. §. nam quid interest. D. de legibus. 24
Proinde vt expressa,sic tacita,& quasi præsumta donatio, † inter patrem & filium facta, iuramento firmatur: vt par hoc modo sit virtus taciti, atque expressi: 25
† secundum Natt. in cons.28. num.7. volum.1. per dictam l.de quibus. & l.cùm quid. D.si cert.petat. Pater 26
enim libros suos filio tamdiu permittendo, & quasi pro derelictis habendo: satis declarat,se animum eo-

rum repetendorum deposuisse: neque commodandi magis, quàm donandi animo eos primùm filio concessisse: quum ex posteriore actu † facilè declaretur:
27 quæ cuiusque voluntas fuerit, ac intentio, in actu priori: vt notat Cephal. in consf. 467. num. 86. vol 4. arg. §. pauonum. Instit. de rer. diuis. & l. sed Iulia. § proinde. D. ad Macedonianum. Decius consf. 245. nu. 6. Crauetus consf. 149. num. 4. Quumq; satis expressum hoc
28 dicatur, † quod ex mente eius & voluntate colligitur: l. tale pactum. D. de probat. Baldus in consf. 200. in fin. volum. 2. Quemadmodum & pro expresso illud habe-
29 tur, † quod colligitur ex his, quæ expressa sunt l. 1. in fin. D. si quis in ius vocat. non iuer. l. 1. & l. iam hoc iure. D. de vulgar. & pupil. substit. l. si quis. D. de legatis 3. l. fi. C. si contra ius, vel vtil. public. quibus in locis Bartolus trifariàm expressum dici concludit: vt notat Natta consf. 661. nu. 23. vol. 4. Et tradit Baldus in l. 1. col. fi. D. de his qui ante apert. tabul. & Decius in consf. 15. col. fin. & in consf. 68. col. 4. in fin. cum simil. de quibus per Aymon. Crauet. in consf. 159. nu. 11. Et quamquam incer-
30 tus contractus minimè valet, † si rigorem iuris ciuilis spectet: vt latè tradunt Bartol. & Dd. in l. ita stipulatus sum. D. de verb. obligat. (nam aliás omisso rigore iuris ciuilis, si ius Canonicũ spectes, incertitudo contractũ
31 non vitiat: † præsertim si non sit de substantia eius. Archid. in c. sunt nonnulli. 1. quæst. 1. & c. dilecti. de iudic. quem post Butrium, & alios ibidem allegatos, sequitur Alex. in d. l. ita stipulatus. nu. 9. & Socin. in l. si quis arbitratu. nu. 28. D. eod. tit. & Felin. c. 1. col. 4. de pactis. quos recenset Cephal. consf. 156. nu. 8. & seq. vol. 2. & consf. 559. nu. 85. vol. 4. Tamen vt legatum dotis incer-
32 titudo non vitiat: † ita nec legatum, disciplinæ, aut studiorum causa factũ. l. Stichus. D. de legat. 3. l. cùm post. §. gener. vbi Bartol. D. de iur. dot. l. 1. §. gener. Cod. de dot. promiss. Aretin. in rubr. D. solut. matrim. col. fin. versic. quod tamen dos. Socinus in tract. fall. reg. 223. incip. incertitudo fallen. 2. Par enim & similis quadan-
33 tenus est in iure, causa dotis, ac studiorum. † glos. in l.

l.in fin. Cod. de stud. lib. vrb. Rom. libro 11. Bart. & Alciatus in l.1. in fin. D. solut. matrim. Quoniam vtraque pia, & fauoris plena est: † l. cū is. §. si. mulier. D. de con- 34
uictione indebiti. Bartolus in l. si ego. D. de iur. dot. Socinus in l.1. D. soluto matrimonio. Et notat Euerard. in Topic. c. 23. & 29. Fauor autem publicus omnibus rebus meritò præfertur: † vt ait Imperator in Auth. res 35
quæ. D. commu: de leg. & fideicom. Et pia causa facit, vt pluribus interdum casibus à dispositione iuris communis discedatur, † vt Baldus scribit in l.1. C. de sacros. 36
eccles. per c. relatum. cum ibid. not. de testam. Proinde vt dos habet prælationis priuilegium: † ita & causa 37
studiorum. † Bart. & Dd. in dicta l.1. D. soluto matrimo 38
nio. argum. l. assiduis. C. qui potior. in pign. hab. De quo plura videre licet apud Euerard. in Topic. loco allegato. Porrò quum satis constet ex his, quæ modò dicta sunt, patrem donandi animo libros suos filio tradidisse: videndum est deinceps, vtrum eos donare iure potuerit, nécne? Dubitandi causa est, vt dixi: quòd pater filio donare non possit, † in potestate & familia 39
adhuc constituto: per text. in l. donationes, quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. cum similib. Sicut nec inter virum & vxorem † eiusmodi valet dona- 40
tio: cui altera illa in iure æquiparatur: † dicta l. dona- 41
tiones. Et notat Dec. consl. 414. ad fin. quem allegat in terminis Cephal. consl. 194 nu. 5. volum. 2. Cuius sanè iuris hæc est ratio, quòd pater & filius vna persona esse fingitur: † l. fin. C. de impub. substit. Quorum vt vna 42
est caro, & vnum caput, & vna familia: † c. contradici- 43
mus. §. hac auctoritate. 35. quæst. 3. l. fi. C. de impub. l. pronunciatio. verb. familiæ caput. D. de verb. signific. Baldus in l. etiam. colum. penult. C. de execut. rei iud. Iason in l. suis. D. de liber. & posth. & in l. filius. in prin. C. de pactis. & in l. sciendum. num. 7. D. qui satisd. cog. quos sic alleg. Ceph. in consl. 161. nu. 23. & seq. vol. 2. Ita vnum quodammodo eorū est patrimonium. §. 3. & §. liberis. Instit. de inutil. stipulat. d. l. fin. & l. frater. D. de cond. indeb. Adeò vt quicquid acquirit filiusfamiliâs,

ex re patris sui: hoc non tam sibi, quàm patri acquirat.
44 † §.2. Instit. per quas person. nob. acquir. l.1. D. si quis à patre fuer. man. l. placet. D. de acquir. hæred. l. acquiritur. D. de acquir. rer. dom. l. cùm oportet. C. de bon.
45 quæ liber. At nemo sibi ipse donare † aliquid potest l. si quis pro eo. §.1. D. de fideiussor. Quemadmodum si-
46 bi nemo quoque obligatur. † l.3. D. de oblig. & action. Bart. in l. frater à fratre. nu.12. D. de condict. indeb. Baldus & alij interpretes in l.2. C. de inoffic. donat. Decius cons.631. num.5. Inimò ne obligatur quidem pa-
47 ter filio ciuiliter: † sed naturaliter duntaxat: d. l. frater à fratre: vbi Doctores, & in primis Bart. Itaque ea pro-
48 priè non dicitur obligatio: † argum. l. fideiussor. §. fideiussoribus. D. de fideiussor. vbi Iulianus ait: Naturales debitores impropriè, & per abusionem debitores
49 dici: quum propriè is sit debitor: † à quo inuito exigi pecunia possit. l. debitor. D. de verb. signific. Quò fit, vt solo æquitatis ac pudoris vinculo ea obligatio conti-
50 neatur: † nullo iure ciuili sustentata. l. Stichum. §. naturalis. D. de solution. Quò etiam accedit communis Interpretum auctoritas: qui magno consensu docent, eiusmodi donationẽ nullo modo valere: vt tradit Ripa in l.1. D. solut. matrim. num.140. & respon.198. nu.4. qui asserit hoc esse verum ex sententia Bart. & Ang. in l. in quartam. D. ad leg. Falcid. vbi quoque Alex. nu.22. in fin. & cons.8. volum.2. & Bart. in l.1. §. si parens. nu. 3. D. si quis à paren. fue. manumis. Decius in l. illud. nu. 8. C. de collat. & communiter Dd. in l. filium. C. famil. hercisc. Bertran. cons.82. volum.2. Socin. cons.91. nu. 8. vol.1. Roland. cons.77. nu.1. volum.1. Crauet. cons. 19. nu.1. Menoch cons.154. nu.2. volum.2. Ceph. cons. 148. nu.33. volum.1. & cons.308. nu.38. & cons.445. nu. 23. vol.3 & cons.501. nu.27. vol.4. Verùm huic obiectioni ita facilè responderi posse existimo, vt locum ea duntaxat habere intelligatur: si pura, & simplex sit donatio: quam meram Papinianus vocat: in l. sed etsi
51 lege. §. consuluit. D. de petit. hæred. † quæ nullam habet annexam causam: nisi meram liberalitatem, & beneficen-

neficentiam gratuitam:vt ait Iul.Clarus in §.donatio. libro 4. quæst.8. Nam si ex causa aliqua donatio facta sit:puta studiorum,aut officiorum:omninò valet eiusmodi donatio: † adeò vt ea neque à patre ampliùs re- 52
uocari, † neque in legitimam à cohæredibus filio im- 53
putari, neq; ab eodem in commune conferri debeat. Auth.vnde si parens.C.de inoffic.testam.Angel.in l.1. §.in vltimis verbis. D. soluto matrimonio. Bald.in l.filiæ.num.10.C.famil.hercisc. Bart in l.1.§.nec castrense.nu.9. D.de collat.bon. Quæ communis est opinio: à qua minimè recedendum esse monet Iason in dicta l.1.nu.52. Et ratio est, quia ob causam donatio nō † est 54
propriè donatio : propterea q̀ non fit meræ liberalitatis exercendæ gratia : sed ea lege, vt aliquid fiat: aut nō fiat:vel sub modo,& cōditione: vel ex certo tempore, aut in certum tempus donatur : d.l.sed etsi lege. & l.1. D.& C.de donat.quæ sub mod. Bart.in d.l.frater à fratre. num.57. & in l.1. D.de donat. num.1. Quemadmodum nec mutua, siue reciproca donatio propriè donatio dicitur, sed potius remuneratio, aut permutatio, & accepti beneficij compensatio. l. Aquilius. vbi Bartol.nu.3. D.de donat. Philip.Decius in l.donari.nu.2.D.de regul.iur. Lud.Rom.cons.26.nu.3. Oldr. cons.139.nu.3.& 14. Papon.Arest.lib.2.de don. art.29. Eamque ob causam eiuscemodi donatio peculio aduentitio potiùs, † quàm profectitio adscribitur: quod 55
vt ab hæreditate defuncti alienum est, ita collationis considerationem nullam habet. Bartol.in dicta l.frater à fratre.nu.57. Castr.in l.vt liberis.C.de collat. Alexander cons.27.volum.5. & cons.55.volum.4. Decius cons.536. nu.4.per Auth. vnde si parens. C.de inoffic. testam. Quanquam ne hoc quidem ignorandum esse videtur, quod & in simplici donatione quandoq; speciali fauore studiorum, cesset collatio. † l.quæ pater. 56
D.famil.hercisc.vbi apertè scribit Vlpianus,quod in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad filiū peruénit,computari sumptus studiorum æquitas non patiatur. Quod tunc maximè locum habet, quum aut

57 morte patris confirmata est donatio. † Bartol. in l. 1. §. nec castrense. nu. 2. ad fin. D. de collat. bon. & Baldus in l. filiæ. nu. 10. ad fin. C famil. hercisc. Aut quum donationis causa subsecuta est. Bartol. in Auth. quod locum. C. de collat. quem sequitur Bald. & ibid. contra Paul. Castren. latè defendit Alexan. Ias. & Dec. Nam si
58 causa, propter quam donatio facta est, † non subsecuta fuerit: hoc est, si filius malè, aut inutiliter sumptus studiorum collocârit: ipso iure reuocatur donatio. l. 1. C. de donat. ob caus. Et hæc est communis opinio, vt ait Curtius Iun. cons. 26. num. 14. & Vitalis. in tract. de collatio. quæst. 1. & quæst. 18. Causa enim cessante,
59 † cessat lex ipsa, eiusque dispositio. l. adigere. §. quamuis. D. de iur. patr. c. cùm cessante. de appell. Et quum principalis causa non stat: nec ea stare videntur, quæ consequentia sunt. l. cùm principaliter. D. de reg. iur. Quòd si pater ob certam causam inæqualibus portionibus sua bona diuidere potest inter liberos, vsque ad legitimam: quod facere eum posse, † honorabili titu-
60 lo institutionis manifestũ est: vt est tex. sing. in l. parentib. vbi Castr. C. de inof. testa. l. hac edictali. §. 1. C. de secund. nupt §. pen. Auth. de nupt, coll. 4. quemadmo-
61 dum & filias inæqualiter dotare potest: † vt vult Dec. in cõs. 26. col. 4. & Bar. in l. cũ pater. §. dulcissimis. D. de lega. 2. adeò vt ne statuto quidem æqualitatis inter liberos seruandæ necessitas ei imponi queat: speciali, vt dixi, fauore quodam vt dotis, ita studiorum. d. l. quę pater. D. famil. hercisc. (Quamuis æquitas iuris communis aliàs æqualitatem † hanc quodammodò postu-
62 lare videatur: vt scilicet tollatur inuidia, & discordia inter liberos. l. vt liberis. vbi Dec. l. illud. in fine. C. de collat. l. cùm oportet. in prin. C. de bon. quę lib. l. cum pater. §. euictis. iuncta gl. D. de legat. 2. l. quæsitum. §. sed & ipse. D. de fund instruc. l. fin. C. commu. vtr. iud. Bald in Auth. ex testam. & ibi cæteri. C. de collat. Dec. in l. 1. nu. 2. C. vnde liber. Ang. in Auth. de nupt. §. illud quoq;. Socinus in l. si ita legatam. in princ. D. de cond. & demonstr. & in cons. 4. num. 6. volum. 1. cum multis aliis

aliis per Cephal.alleg.in conſ.280. nu.1. & ſeq.vol.2.) Quantò magis libros,& ſumptus ſtudiorum pater donare poteſt † filio: præſertim ſtudij & nominis ſui con- 63
ſorti. l. quæ pater. D. famil. hercisc. vt prælegati loco ſit quadantenus hæc donatio.l.qui filiabus.§.fin.cum l.ſeq. D.de legat.1. l.ex facto.D.de hæred.inſtit. Quod profectò ceteris liberis nullo modo impugnare† licet. 64
l.ex parte. l.quoties. l. ſi vnicum. § item Papinianus. D.familiæ hercisc. Quippe quibus voluntas patris vltima, etiam minùs ſolennis, ſemper rata, & ſacroſancta eſſe debet. † l.hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. 65
cum Auth.ſeq. Cod.de teſtam. l.filij patris. vbi Caſtr. num.2. C.famil.hercisc.& l.vltim.vbi Bald.Salic.& cæteri.l.parentibus. C.de inoffic.teſta. Præſertim quum immodica, aut immoderata non ſit largitio iſta: quæ in præiudicium cedat aliorum liberorum: quoniam abundè ſuppetunt bona: vnde alij poſteà liberi ſubſidium habeant: non ſolùm abſque deminutione legitimæ: verùm etiam cum ſpe opimæ hæreditatis conſequendæ.l.penult.C.de collat. Bartol.in l.1.§.nec caſtrenſe.col.penult.C.eod.tit.Bald.in l filiæ.colum.4. vbi Bartol.quoque & Riminald. C.famil.hercisc. & in Auth.ex teſtamento. colum.4. C. de collat. Quòd ſi tamẽ aliter hoc ſe haberet: defraudandi animo feciſſe hoc pater videretur: eaque de cauſa minimè fortaſſis valeret eiuſmodi donatio: quæ tanquam inofficioſa, &† inhumana ita reuocari poſſet: vt patet ex traditis 66
per Dd.in Auth.vnde ſi parens.C.de inoffic.teſtam.& per Bald.in l.1.colum.2.C.de inoffic.donat.Quomodo & dos filiæ,ſiquidẽ inofficioſa fuerit, † reuocari po- 67
teſt:vt tradit Bart.in l.1.C.de inof.dot.p text.in Auth. ſed quãuis. C.de rei vxo.act. & Auth.de nupt. §.illud. quoq; : vbi Ang.ait, patrem non debere liberos quoſdam facere ſpurios:quoſdam verò legitimos: quẽ refert & ſequitur Dec.in l.1. nu.2. C.vnde liberi & conſ. 122.n.3.& conſ.631.n.2.Idemq; latè proſequitur Bart. in l.Lucius. col.4. D.de vulg.& pupil. Riminald.in l.ſi emancipati.nu.296.C.de colla. Alex.conſ.142.nu.26.

volum,2. Paul.de Castr.cons.115. Crauet.cons.175.nu. 7. Rube.cons.6. num.5. & cons.7.num.7. Socin.cons. 4.num.6. volum.1. qui æqualitatem caritatis & con-
68 cordiæ: † inæqualitatem verò discordiæ & simultatis inter fratres nutricem nominat. Cæteróquin contra
69 naturam est donationis inter viuos, † vt ea reuocetur: adeò vt sola voluntatis testatione ea sic perfecta, necessitatem afferat traditionis: & condictionem ex lege. per l.fi.C.de donat. & l.perfecta.C.de donat.quæ sub mod. l.1. & l.senatus.D.de donat. Nisi casibus quibusdã paucis in iure expressis: quibus reuocari potest
70 eiusmodi donatio: † vt ex causa ingratitudinis. l.fi. C. de reuoc.donat. §.aliæ. Inst.de donat. itemq; ex procreatione liberorum, aut inopia magna ipsius donatoris superueniente: argum.l.si vnquam. vbi Bart.Ripa, & Dd.C.de reuoc.donat. & l.1.vbi Dd. C.de inof. testamento. c.quicunque.17.q.4. & c.finali.de donat. Guid.Pap.quæst.214.num.3.Alciat.de præsumpt.reg. 2.præsumpt.16.num.6.fallen.3. Paris.cons.73.num.11. volum.1. Socin.cons.4.nu.16.& cons.139.nu 40.vol.2. Cephal.cons.94.nu.11.volum.1. Quæ quum ita se habeant, vt hactenus demonstratum est, concludo sine omni dubitatione, libros & sumptus studiorum filio à patre donatos esse videri: & optimo iure donari potuisse. Quam sententiam communi Doctorum calculo approbatam esse testatur Iason in l.filiæ C.famil. hercisc. De quo qui plura cognoscere volunt, consulant præter eos, quos suprà allegaui, Alex.in l.si donatione.C.de testam.Bald.in l.Macedonianis.C.ad SC. Macedon. Pic.& Rip. aliosque Doctores in l.in quartam. D.ad Falcid. & communiter Doctores in l.dotis. C.de collatio. Quibus addere licet Vvesebec. consil. 26.vol.1.num.42. Thoming.decis.32.Rebuf.de priuil. schol. c.55. Alciatus præsumpt.7. reg.1. de præsumpt. Grass.comm.opin.lib.5.c.5.q.18. Vital. in tract. de collat. qu.5. num.10.

De Fideicommisso pauperibus relicto.

QVAESTIO IX.



MARCVS Albinus testator, quum filium haberet spurium, Caium nomine: eique cautum vellet: hæredem scripsit fiduciarium M. Antonium, cognatum suum: eumque in testamento rogauit: vt præcepta domo sua, hæreditatem Caio restitueret. Deinde legata quædam fecit: & in his nominatim reliquit L. Fabio, sororis suæ filio ccc. studiorum causa: filiæ eiusdem Caiæ, dotis gratia, totidem: præterea totidem, eleemosinæ loco Christi pauperibus. Post mortem testatoris, M. Antonius, præcepta domo, hæreditatem restituit totam Caio, hæredi fideicommissario: in qua deducto ære alieno, vix reliqua manent in bonis testatoris noningenta, legatariis eroganda. Primò quæritur, vtrum valeat eiusmodi fideicommissum? Deinde, si valet, An ad præstationem legatorum teneatur hæres fiduciarius, an verò fideicómissarius? Postremò an Falcidiæ, aut Trebellianicæ ius detrahendæ habeat fideicommissarius, nec ne? Quod ad fideicommissum ipsum attinet: de quo prima quæstio fuit proposita: manifesti iuris † est, 1
spuriis, & iis, qui ex damnato concubitu nati sunt, iure ciuili neque legatum, neque hæreditatem testamento à patre relinqui posse. l. 2. D. de legat. 1. §. legat. 1. Inst. eod. tit. §. fin. Auth. Quib. mod. nat. effi. sui. l. humanitatis. cum Auth. seq. C. de nat. lib. Capra cons. 1. n. 19. cum seq. & cons. 168. num. 5. Crauet. cons. 219. num. 7. Corn. cons. 251. num. 3. vol. 4. Duen. reg. 336. in princ. Guid. Pap. decis. 280. num. 1. Quippe in quibus † ius 2
neq; naturalem, neque ciuilem cognationem agnoscit: l. 1. C. de hæred. inst. l. sed conditioni. §. 2. D. eod. cum simil. Bart. in l. tutelas. D. de capi. dimi. & in l. pronunciatio. §. familiæ. D. de verb. signif. Bald. in l. hac cósultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & in l. certũ. col. 4. C. vnde legit. & in l. ex libera. per illum text. C. de suc. & legit. Quod partim † in odium spuriorum, 3

quasi indignorum,constitutum est:qui non immeritò macula quadam ignominiæ aspersi sunt: sec. Azon. in sum.C.tit.ex quib.cau.irrog.infam.per c.si gens. dist.
4 56.quamuis nihil admiserint filij,& reuera alieno † magis laborent vitio:l.spurij.D.de decurio.l.legem.C.de
5 nat.lib.c.nasci.dist.56.Partim verò † ob pœnam parẽtum:si videant scilicet liberos ex scelerata libidine natos nihil habere: vt ait Imperator in fin. Authen. 74. de lib.quemad.eos oport. legit. aut noth. Quum verum sit, quod scribit Paulus IC. tantum esse affectum
6 patris erga filium: vt pœna, † molestiaque filij magis, quàm sua,terreatur, atque excrucietur.l. isti quidem. vbi gl.D. de eo quod met.cau.& l. videamus. in princ. D.de in lit.iur.c.sciant cuncti.de elect.lib.6.Quod M. Tullius quoque ad Brutum in epist.scribit: Acerbum (inquit)parentum scelera,filiorum pœnis lui: sed hoc præclarè legibus comparatum est: vt caritas liberorũ amiciores parentes Reipub. reddat. Quandoquidem
7 nullus affectus †vincit paternum.l.fin.C.de curat.fur.
8 & pater † magis diligit filium, quàm proprium patrẽ: ac immò potiùs, quàm se ipsum: vt not.Io. de Amic. cons.105.quem citat Cephal.cons.164.n.22.vol.2. At-
1 que hoc quidem vsque adeò verum est:vt ne adhibito
9 † quidem iureiurando legata eiuscemodi, spuriis aut naturalibus liberis relicta, confirmentur. l. vlt. C. de natur.lib.gl.in fin.C.de nat.lib. Ruin.cons. 70. col.2. & cons.71.nu.9.vol.3:Crauet.cons.200.nu.4.Tiraq.in tract.de iure primog.quest.12.n.15.cum aliis compluribus ibid. relatis. Quemadmodum & de tacitis fidei-
10 commissis, quæ proscriptis, † aliisq; indignis personis relinquuntur,idem ferè ius statui solet.l.quæ sub conditione.D.de his quæ vt indig.l. 3. C.ad L. Falcid. l. 3. C.de probat.Immò verò,quod maius est,ne alimenta
11 quidem † spuriis à patre relinqui possunt, iure ciuili: Auth.ex complexu.vbi Bald.& Dd.C. de incest.nupt. & commu.Dd.in §.vlt.Auth.Quib.mod.nat.effic.sui. Bart.in l.fin.n.3.D. de his quib. vt indig. Quemadmo-
12 dum nec alimentorum nomine † vlla his bonorum pars

pars à patre attribui poteſt:d.Auth.de nothis:quæ eſt
§1.in fin.Quippe in cuius † non ſunt poteſtate: vt nec 13
matris ipſius: † cuius familiam duntaxat ſequuntur. 14
† l.lex naturæ.D.de ſtat.hom.§.ſi aduerſ'.Inſt.de nup. 15
ſicut nec pro filiis † lege habentur:d.Auth.ex comple- 16
xu.Et not.Alc.in l.cognoſcere.§.liberoru:n.D.de reg.
iur.n.7.Niſi quatenus iure Canonico † ſpurijs alimẽta 17
rurſus indulta ſunt:idque ex pietate quadam,& æqui-
tate naturali.c.cùm haberet.vbi gl.& Panorm. in fi.de
eo qui dux.in matr. Bald.in conſ.456.& 457.n.9.& 10.
vol.5. Quam communem eſſe opinionem, & in vtro-
que foro receptam atteſtatur Iaſ.in conſ.26.n.3.vol.1.
Panorm. conſ.115. vol.2. Corſet. in ſing. verb. ſpuriis.
Sed idem tamen ius Canonicum † ſpurios ab hæredi- 18
tate, & legato ſubmouet: non minus ac ius ciuile: vt
Bart.tradit in l.3.D.teſta.per c.non omnis.32 q.2. & c.
dicat aliquis. ea.cau.& q.vbi dicitur,hoc ipſum quoq;
iure diuino † conſtitutum eſſe:ne heres ſit filius ancil- 19
læ,cum filio liberæ.Et trad.Bald. in d.l.3. & Crotus in
repet.c.1.de conſtitu. in 6. & Abb. in c. inter dilectos.
oppo.4.in fin.de fide inſtru. quos ad hoc allegat Nat-
ta in conſ.420. n. 32. vol. 2. Quod idem quoque ad fi-
deicommiſſa referendum eſſe videtur: † quæ etſi ob 20
eam cauſam † potiſſimùm inſtituta ſunt: vt quibus di- 21
rectè relinqui non poteſt teſtamento: iis obliquè, &
hoc veluti iuris anfractu,per tacitam fidem,vt Vlpian'
loquitur,hæreditas relinquatur: §.1.Inſt.de fideicom.
hæred. l. 2. C. de hæred. inſtit. Tamen hodie præciſa
quodammodò eiuſmodi licentia,† conſtitutum eſt:vt 22
quibus directò nihil relinqui poteſt teſtamento, ne p
fideicommiſſum quidem poſſit:l.1.C.de hæred.inſtit.
l.3.D. de his quæ pro non ſcrip.hab.l.omnibus. D. Ad
SC.Trebell.l.nemo.D.de lega.1. Quod ideo conſtitu-
tum eſt:ne ſcilicet ꝙ vna via prohibitũ eſt, † alia cõce- 23
di videatur:cõtra l.ſcire oportet.§.1.D.de tutor.& cur.
c.cum quid.vbi Din. de reg.iur. lib. 6. Itaq; nõ ſolùm
ſpuriis,† vt liberis:ſed nec vt extraneis,per fideicõmiſ- 24
ſum relinqui amplius poteſt:l.extraneũ. C. de hæred.

25 inst.ne quod in odium illorum inductum est,† in fauo
rem hoc modo iis redundet: l.si quis in solidum D. de
26 hær.instit.& ne sit in potestate † testatorum, legi frau-
dem facere. l. qui testamentum. D. de probat. Castr.
cons.115.num.2.vol.1.quem sequitur Dec.cons.311. A-
ret.cons.48.Cassan.cons.39.n.39. & 46. Neque enim
quisquam priuatus in suo testamento ius publicum
27 † mutare potest:l.ita autem. §. Iulianus. D. de admin.
tut.l.nemo potest. D. de lega.1. neque vllo modo effi-
cere, vt lex in suo testamento locum non habeat:quip
28 pe cuius factio † non priuati, sed publici iuris est: se-
cundum Vlpianum in l.3.D.de testam. Quòd si tamen
29 spurius natalibus † restitutus, aut, vt vulgò loquimur,
legitimatus fuerit:aliud statuendum esse videtur: arg.
c.per venerabilem. Qui fil.sint legit. Siquidem hæc i-
30 psa natalium restitutio liberos † naturales iustis, & le-
gitimis ferè exæquat:vt ait Iustinianus Nouell. 74.tit.
Quib.mod.nat.effi.sui.Quare vt fideicommissum lo-
31 cum habeat, & ipso iure valeat: † vtramque personam
habilem esse oportet,& testatoris ipsius,& hæredis fi-
deicommissarij:iux.not.in c. cum super. de offi. dele-
ga.& in l.multum interest. C. Si quis alteri vel sibi. Et
trad.Ias.in cons.228.col.3. vers. Quintò & vltimò.vol.
2.Dec.in cons.218. n. 13. vers. & huic conclusioni. Ce-
phal.in cons. 330. n. 26. vol.3. Quanquàm igitur si te-
stamentum nullum sit, aut saltem si hoc destituatur:
32 †legata extinguuntur:neque ab intestato ampliùs de-
bentur: §. quantitas. Inst.de lege Falcid. Nisi hoc ex-
presse à testatore cautum sit:l.eam quam. C.de fidei-
33 com. Tamen aliud constitutum est in legatis piis: † q̃
etiam ex testamento imperfecto, licet in eo non sit
adiecta clausula codicillaris, deberi constat:c.relatum.
de testa. de quo posteà suo loco fusiùs dicetur. Quin
immò verò spurio hærede constituto, sub conditio-
34 ne,quum capax fuerit, aut legitimus: † licet is semper
incapax manserit: nihilominus valet testamentum: vt
ex eo legata præstentur, ac fideicommissa: & ei succe-
datur ex vulgari per hæredem substitutum: vt trad.M.

Natt.

Natt.in conſ.684.num.18.vol.4.per l.2. C. de hæred. inſtit.l.3. §.fi.D. de lib.& poſth.l. ſi pater filium. in fin. vbi gl.D.de vulg. & pupil.Bart.in l.1. in princ.quæſt.4. & in d.l.ſi pater filium.2.opp.D.eod.tit.Sed concedatur hoc ſanè, ſpurium eſſe capacem hæreditatis fideicommiſſariæ: à quonam igitur legata in teſtamento relicta præſtari fas eſt? num ab hærede fiduciario, an verò fideicommiſſario? Quæ altera eſt huius loci quęſtio. Et certum eſt, ab hærede fideicommiſſario † legata ea præſtari debere cognatis defuncti: & multò magis pauperibus. §.ſi quis vna.Inſt.de fideicom. hæred. non autem ab hærede fiduciario, † qui legatarij loco habetur, in re certa legata.l. vlt. D. de legat. 2. Præceptionis enim verbo † nihil, niſi legatum, intelligitur.d. l.vlt.&l.1.§.ſi hęres.D.ad Trebel.Quę verò legata ſunt, ea ad legatarium † ſine vllo onere tranſeunt.l. ſi hæreditatem.D.Mandati.Quādoquidem legatum eſt quædam donatio:† quæ ſemp purū ac liquidū affert lucrū: §.1.&§.ſi res alien.Inſt.de leg.l.legatū.D.de leg.2.Paul. lib.4.Sēt.c.5. Quo ipſo quoq; modo legatū † ab hęreditate plurimùm differt: quippe quæ ſæpenumerò cū damno coniuncta eſt. l. hæreditatis.D.de verb. ſignif. Neque hoc caſu hæres fiduciarius retinet ius aliquod † vniuerſitatis: ſed rem duntaxat ſingularem, vt legatarius: l.quoties. vbi Dd. C. de hæred.inſtit. Quò fit, vt rogatus, præcepta re aliqua, licet ea maximam hæreditatis partem contineat, omnibus hęreditariis actionibus † liber, ac ſolutus ſit: iis nimirum omnibus in ſolidum ad fideicommiſſarium tranſlatis. d. §. ſi quis. & l.1.§.ſi hæres.D.de fideicom.hæred.vbi manifeſtis verbis hanc facti ſpeciem decidit Vlpianus hoc modo: ſi is (inquit) qui quadringenta in bonis habebat, trecenta legaſſet: & deductis centum, rogaſſet hæredem: vt hæreditatem Sempronio reſtituat: debere dici, deductis cētum, reſtituta hæreditate, legatorum actionem in fideicommiſſarium dari. Nam, vt Martianus ait, multum intereſt: vtrum aliqua pars iure hæreditario retineatur: an verò in re, vel pecunia. Nam priore illo caſu

35 36 37 38 39 40 41 42

actiones diuiduntur inter hæredem, & fideicommissarium: posteriore verò apud fideicõmissariũ remanent: l. si legatus. §. multum interest. D. ad Trebell. Superest iam, vt videamus deinceps, si quidem constet, ad fideicommissarium legatorum præstationem pertinere:
43 quomodo, & vnde ea præstare, & an Falcidiam, † vel potiùs Trebellianicam, quæ & Pegasianica dicitur, detrahere possit, aut debeat? Quod postremo loco quæsitum fuisse suprà dictum est. Et sanè, quod ad legatũ pium attinet, in eo locum non habet Falcidia: vt ex eo
44 quadrantem heres† fideicõmissarius deducere queat. l. si quis ad declinandam. vbi Salic. & Ant. de Butr. C. de Episc. & cler. Auth. similiter. C. ad L. Falcid. §. si autem hæres. Auth. de eccles. tit. coll. 9 §. si quis in nomine. Auth. de eccl. canonib. Quemadmodum nec Tre-
45 bellianica † in eo locum habet: secundum Din. in l. 1. §. filij. D. Ad Trebell. & Cyn in Auth. sed quũ testator. C. ad L. Falcid. Quam communẽ esse doctorum sententiam affirmat Ang. Alex. Imol. Socin. Cyn. in l. Marcellus. D. ad Trebell. & Bart. Bal. & cæteri in d. Auth. similiter. C. ad L. Falcid. cum quibusdã aliis à Phil. Portio allegatis lib. 6. com. opin. concl. 24. Licet contrarium aliquo modo statuere videatur gl. in c. 1. de testã: in verb. Trebell. vt & alij nonulli Pragmatici: quos eodem in loco recẽset Portius. Neque verò obstat, quod Vlpianus in l. 1. §. ad municipiũ. D. ad L. Falcid. scribit: nimirum Falcidiam ad ea pertinere, quæ Deo relicta sunt: quippe qui nullis indigeat opibus, ac diuitiis. Nã contrarium affirmat Paulus lib. Sent. 4. c. de SC. Pegasian. neq; Falcidiam legem, neq; senatusconsultum Pegasianum in Deorum donis locum habere: & Imp. Iustinianus in Auth. 131. de eccles. Canõ. §. si verò hæres. constituit, ne Falcidia in piis legatis locum habeat: quę
46 rectè etiam ad †Pegasianicã quartam reducitur. Quod
47 enim hoc modo relinquitur Deo: † id pauperibus, & ministris Dei relictum esse videtur: quos adiuuare verus Dei cultus est: argum. l. 1. C. de episc. audi. glossa & Dd. in d. l. 1. & in d. l. si quis. C. de episc. & cleri. & in d. Auth.


Auth.de eccles.tit.§.si autem hæres. coll. 9. Quod idē
quoque iuris statuendum esse videtur, in cæteris duo-
bus legatis, studiorum, † & dotis † gratia relictis: quæ 48
& ipsa piis legatis annumerantur: vt latè hoc declarat 49
Tiraquel.de priuileg. piæ causæ: & Euerard. in Topic.
loc. 23. & 29. Quod verò ad alia legata pertinet: in his
locus esse videtur Falcidiæ, † vel potiùs Trebelliani- 50
cæ: quæ quomodo, & à quibus detrahenda sit, paulò
accuratiùs consideremus. Ac lex quidem Falcidia † vl- 51
tra dodrantem (id est, nouem vncias) totius patri-
monij in vniuersa legata erogari nō permittit. §. cum
super. & l.1. Instit. & Pand. de lege Falcid. At senatus-
consultum Trebellianum non quidem vetat vltra do-
drantem fideicommitti: sed cauet duntaxat: vt, si do-
drantem exuperent legata, quadrans hæreditatis pe-
nes hæredem semper remanet. l. hæres. D. ad Trebell.
§. sed quia. Inst. de fideicom. hæred. Vtraque verò lex,
si quidem legata dodrantem exuperent, ad modum
† hęreditatis ea reuocare, & pro rata portione ipso iu- 52
re minuere iubet. d. l. hæres. & l. quartam. §. vlt. D. ad
L. Falcid. Quod non tam ipsius hæredis, quàm testa-
toris † causa constitutum est: ne & hæreditatis peri- 53
culum ille gratis subeat: non solùm absque spe vllius
lucri: sed & cum metu litium, aut damni alicuius l. po-
test hæres. D. ad L. Falcid. l. hęreditatis. §. vlt. D. de verb.
signif. & ne per defectum hæredis testamentum huius
destituatur. §. 1. Instit. de lege Falcid. Quia † non adita 54
ex testamento hæreditate, causa testamenti, in causam
intestati conuertitur: nihilque ampliùs in testamen-
to † relictum valet. l. omnia. D. de reg. iur. Sed hæc qui- 55
dem Falcidiæ, aut Trebellianicæ detractio in hærede
fiduciario duntaxat locum habet: † quippe cuius cau- 56
sa propriè, & præcipuè instituta est: siue iā sit hęres te-
stamentarius, siue legitimus, siue honorarius. l. recusa-
re. §. 1. D. ad Trebell. l. filiusfam. D. ad L. Falcid. l. & sine
scriptura. C. ad Trebell. Quod etiam ad hæredē ipsius
refertur: siquidem ille ante restitutionem hæreditatis
decesserit. l. quanquā. C. ad L. Falcid. Qui in hac quidē

facti specie, in qua par est ferè quantitas legatorum, & ipsius patrimonij, singulis legatariis numeraturus esset CCXXV. retentis sibi pro quadrante CL. si quidé non in re certa, sed in vniuerso iure hæreditario scriptus foret hæres. Nam si quid hæredi prælegatum sit: non imputatur hoc in Falcidiam: si quid verò iure capiat hæreditario: illud ad quartam pertinet, & proficit legatariis. l. in quartã. D. ad L. Falcid. De hærede verò
57 fideicommissario † aliud constitutum est: qui neque Falcidiæ, neque Pegasianicæ quartæ detrahendæ ius habet. l. 1. §. inde Neratius. l. ex asse. §. fin. l. cogi. §. Mætianus. D. ad SC. Trebell. Quemadmodum nec legatarius ipse: l. Falcidia lex. §. nunquam. D. ad L. Falcid. l. 1. §. deniq; l. debitor. §. vlt. l. mulier. §. fin. D. ad SC. Trebell. l. cohæredi. §. cum filiæ. D. de vulg. substit. l. cum filiusfam. D. de legat. 1. etiamsi is de restituendo rogatus sit: sicut de eo rogari potest. §. præterea. Inst. de fideicom. hæred. & §. 1. de sing. reb. per fideicom. relic. Cuius rei manifesta est hæc ratio: quia quum semel a-
58 dita hæreditas est: † omnis defuncti voluntas rata cóstituitur. l. si patroni. §. 1. D. ad Trebell. neque periculũ vllum est, etiam repudiato fideicommisso, aut legato, testamentum vllo pacto deinceps fore irritum, vel destitutum. l. in quantitate. D. ad L. Falcid. Itaq; si quidé
59 portio eius legatis sufficiat: † præstare ea solus ille debet: absq; omni onere legatariorum, & ipsius hæredis fiduciarij. §. sed quia. & §. si quis. Inst. de hæred. fidei-
60 com. Qui licet ex re † præcepta plus habeat quadrante: minimè tamen eam ob causam tenetur legatariis: l. 1. §. si is qui quadringenta. D. ad Trebell. nisi aliud testatorem voluisse probetur: l. 1. §. si qui. & §. fin. l. 3. D.
61 ad Trebell. l. fin. C. eod. tit. Sin verò ea non † sufficiat legatis: aut de eo cum hærede fiduciario pacisci, aut pro viribus ipsius hæreditatis legata præstare, aut certè fideicommissum sibi hoc modo inutile futurum spontè repudiare debet: quod facere eum posse, indubita-
62 ti iuris est: † d. §. si quis. vbi gl. & l. 1. §. si is qui quadrin. D. ad Trebell. Neq; enim vltra vires hæreditatis quicquam

quam persoluere † cogitur hæres fideicommissarius: 63
neque plus legatorum nomine præstare: quàm ad se
ex hæreditate illa peruenerit.l. nam quod.§. vlt. D. ad
Trebell. Quòd si tamen scriptus hæres inuitus ad hæreditatis aditionẽ, & restitutionem, per fideicommissarium, implorato officio iudicis, cõpellatur: quoniã hoc casu, tãquam testatoris beneficio indignus etiam quartã amittit:in locũ eius succedendi potestas datur
heredi fideicommissario:† vt is quartam detrahat. † d. 64
l. nam quod.§.qui compulsus.D. d. t. vbi in hunc mo- 65
dum scribit Caius IC. si (inquit) quum suspecta videretur hæreditas: postulante me, iussu prætoris adieris: & restitueris mihi hæreditatem: ita vtar legis Falcidiæ beneficio aduersus legatarios: si tu quoq; ea lege vti poteris, & quatenus vti poteris. Nam si quid præterea a me alicui per fideicommissum relictum sit: id quasi a legatario relictum, non venit in computationem eius legis, sed extrinsecùs numeratur. Quod idem tunc
quoq; obtinere videtur: quũ libertatem †Falcidiæ de- 66
trahendæ hæres fideicommissario fecerit:l. 1. §. inde Neratius. vbi gl. D. ad Trebell. Tunc enim quoniam loco hæredis censetur: † arg. l. ait prætor.§. sed quod. D. 67
de minoribus. & l. si filiusfamilias.§.fin. D. Quod cum eo qui alie. Idcircò ex SC. Trebelliano omnes in eum
actiones transeunt. †l. quia. l. cogi. & l. quamuis. D. ad 68
Trebell. Adeò vt hæres adire coact⁹, omnino & habeat exceptionem, si conueniatur: & repellatur exceptione, si actiones intẽdere hæreditarias velit: d. l. 1. §. quãdo. D. ad SC. Trebellianum. Et not. gl. & Dd. commu. in l. 2. C. ad Trebell. & in l. vlt. eod. tit.

De Noualium decimis.

QVAESTIO X.



CONSVLVISTI me, vtrum noualium decima debeatur? & si debeatur, cuínam debeatur? an pastori ecclesiæ? an verò patrono eius aut magistratui, qui ius sacræ decimæ

ſibi vindicat? Quam ad rem definiendam, primùm videndum eſt, quid ſit nouale: † Quo nomine in iure
1 aliàs dicitur terra proſciſſa, quæ anno ceſſat: vt in l. ſylua.§.noualis.vbi gloſſ.D. de verb. ſignif. Aliàs verò, vt hîc, ager nunc primò coli cœptus: qui aut deſertus fuit anteà, aut alio modo incultus: vt eſt in l. vlt. in fin. D. de term. mot. l.vtiles. D. de petit. hæred. Quo modo etiam D. Hieronymus interpretatur hoc vocabulum, in c. 1. & ibi gloſſ. & in c. quid per nouale. vbi Abb. not. de verb. ſignifi. vnde manifeſtum fit, illud demum rectè dici nouale: non cuius vſus anteà aliquis fuit: ſed quòd priùs omninò fuit incultum, atque inutile: & non ita pridem ad culturam redactum: vt eſt gloſſ.in c.commiſſum.de decim. per d. c. quid per nouale: & l.agraria.in fin.D.de termin.mot. Et notat Specul.in tit.de probat.§.1. verſ. circa noua-
2 le. & §. probare autem. verſ. Vltimò quæritur: † vbi ſimul docet, quomodo probetur nouale, & quamdiu hoc duret: & Innocent. in d. c. quid per nouale. Zaſ. in conſil. 226. volum. 2. Menoch. conſil. 36. numer. 2. volum. 1. De quo ſanè quid iuris ſit: & cuínam eius decima debeatur: ita demum rectè intelligetur: ſi commoda prius adhibita fuerit diſtinctio: quæ rem
3 plerunque reddit † clariorem: vt not. gloſſ. in Proœm. Inſtitut. verb. pertinet. Fac. §. ſed non vſque. Inſtitut. de legat. & l. 1. D. de doli mali except. Sciendum eſt i-
4 taque, decimam † aliam eſſe prædialem, quo ex præ-
5 diorum fructibus debetur eccleſiæ, † in cuius parœcia eà ſita ſunt. c.quoniam.de decim.c.fin.de paroch.niſi aliud conſuetudine ſit inductum, aut vſurpatum. c. 1. & 2. c. commiſſum. eod. tit. Aliam verò perſonalem, quæ ex negociatione, aut artificio prouenit: veluti
6 ex venatione, aut militia: & datur eccleſiæ, † in qua quis conciones audit, & ſacramentorum fit particeps: c.cum ſint.de decim.& 1.quæſt.1.per tot. Quibus duabus ſpeciebus à quibuſdam adiungitur tertia: quam mixtam appellant: quæ partim fructibus prædiorum, partim opera & induſtria hominum conſtat: vt quæ

ex animalibus, eorumque fœtura percipitur: quanquàm aliàs inter prædiales decimas ea ferè connumeratur: vt not. gloss. in c. ad Apostolicæ. verb. personales. & in c. pastoralis. de decim. & c. decimæ. 16. quæst. 1. Itaque si in pluribus parœciis † fortassis pecora pa- 7
scuntur: ea decima pro rata parte diuiditur. d. c. ad apostolicæ: & glossa in c. cum sint. de decim. & Panormitanus in c. cum contingat. eod. tit. Sed ex his † quæ 8
dam rursus ex communi loquendi consuetudine sunt maiores † decimæ: quæ ex re potissimùm frumenta- 9
ria, aut vinaria soluuntur: quędam verò minores: † quę 10
ex leguminum, aut olerum, similiúmue rerum prouentu penduntur: quas minutas appellat Adrianus Pontifex in c. ex multiplici. de decimis. Cæterùm de quatuor generibus decimarum iuris veteris hoc loco dicere, superuacuum esse puto: de quibus cauetur in c. 1. in princ. d. tit. Quæri autem hoc loco primùm solet: vtrũ decimas accipere, easq; exigere possint ministri Dei, & pastores ecclesiæ: † exemplo Leuitarum: quibus ex 11
præscripto legis diuinæ, olim necessariò eæ debebantur? De quo sanè variè, & diuersè disputatum est: non solum inter Iurisconsultos: verùm multò magis inter Theologos. Nam si quidem morem, ac consuetudinẽ veteris ecclesiæ intueamur: reperiemus profectò, ministros Dei, & pastores Ecclesiæ plerunque publicis sumptibus sustẽtatos: † neq; vllas iis decimas debitas 12
fuisse. Qua de re videre est apud Eusebium lib. 10. Histor. Tripart. c. 6. & Her. Sosomẽ. lib. 6. c. 3. Sic & Theodoretus lib. 4. c. 4. scribit: Iouinianum Imp. σιτηρέσιον restituisse ecclesiis: & Apianus lib. 1. aliàs mentionem facit: decimam partem fructuum Reipubl. solitã fuisse vendi, pro vectigali eorum agrorum: qui deserti ad culturam redigerentur: vt not. Alc. in l. sylua. §. noualis. D. de verb. signifi. Quanquàm enim ius decimarum ex lege Mosaica † ortum suum habere manifestum est: 13
quæ decimam iubet partem dari Leuitis, & sacerdotibus: quibus nulla terræ portio data fuerat: quum Moses Ebræis possessiones distribueret: c. 1. de decim.

c.quadragesima.§.fin.16.q.1.c.decimas.in princ.q. 13.
c.iubemus.§. decimæ.q. 7. c.ead. & tot. tit. de conse-
crat. dist. 5. Tamen mutata personarum conditione
quoniam ius ipsum quadantenus mutatum esse vide-
14 tur:† quod ceremoniale,†non iudiciale fuisse constat:
15 contra Thom.in 22.quæst.87.art.1.valere omninò de-
bere iudicatur regula: vt dissimilium dissimilis sit ra-
16 tio.†l.duobus. D.de testam.tut.l.tam is.D.de donatio.
mort. caus. Præsertim quum ministri verbi diuini ho-
17 diè nec paternis bonis careant:nec in decima† popu-
li parte numerentur:vt Leuitę olim sacerdotes:Deut.
c.10.vers.8.Numer. 18. vers. 20. nimirum cum lege sa-
crorum translata, ipso quoque translato sacerdotio:
vt docet Apostol.ad Hebr.c.7.vers.12.Verùm enimve-
rò licet hæc ita se habeant: communiter tamen rece-
ptum est: ministris Dei, & sacerdotibus omninò de-
18 beri decimas: † easque ab his iure quodam suo exigi
posse.c.ecclesiæ antiquitas.13.q.1.c.quicunque volue-
rit.16.q.1.c.veniens.vbi Abb.de rescript.Dec.in.c.1.n.
4.& ibi Ripa num. 49. eod.tit.Soarez.alleg.28.nu. 6.
19 Primùm enim possessiones Dei: † vt Hieronymus no-
minat:c.reuertimini.16. q.1. & quoddam veluti patri-
20 moniũ ipsius Christi: † c. cùm secundum. de præbéd.
Quemadmodum & Deus ipse apud Prophetam deci-
21 mas suam portionem appellat: † Malach.c.3. quippe
quas dominus suo dominio quasi reseruauit: c. in ali-
quibus. vbi gloss. de decim. vt scilicet ex iis viuant mi-
nistri Dei: cuius terra est, & omnis plenitudo eius: c.
tua nobis.d.t.Host. in sum. de decim. §. 7. in princip.
22 Quo in loco idem definit decimas† esse bonorum lici
tè quæsitorum partem decimam Deo datam, adeoq;
lege diuina debitam.Exod.22. Quam definitionem la
tè prosequitur Archidiac. in c.duo sunt.12. q.1. & Re-
buff.in tract.decim.q.4.per tot. Deinde animarum e-
23 gentium † sunt quædam veluti tributa:d.c. tua nobis.
24 quarum curatores, & veluti medici † quidam sunt mi-
nistri verbi diuini: c.decimæ. & c. decimarum. 16.q.1.
vt non immeritò eæ,siue veteres sint,siue nouales,pa-
stori-

ſtoribus debeantur: qui † parœciam regunt,& animarũ 25
curationem habent: vt probat c. cum contingat. vbi
Io.Andr.& Anchar.de decim. c. ad decimas. de reſtit.
ſpoliat.in 6. Rebuff.tract. de decim. q.7.n.4.& 5.& q.
14.num.24. ex c.vlt.de paroch.& c.vlt. vt lite penden.
Quumque decimæ ſint reditus † Eccleſiæ: vt not E- 26
uerard.in conſ.Francof.30.nu.5.vol.4. per c.1. de reb.
eccl.in 6.& in quæſt. 1.n.5.cũ ibid. alleg.par eſt omni-
nò,eas fideliter omnino perſolui his,qui Eccleſiæ † ſer 27
uiunt: idq; ſine omni deminutione,aut tergiuerſatio-
ne:c.quicunq;. 16.q.7.c. dilecti.de decim.c. peruenit.
c.nõ eſt.c.commiſſum.cum ſim.vbi gl.& Dd. eod. tit.
& c.fin.de pactis. Nam quum, ſecundum Apoſtolum,
is,qui altari ſeruit, ex altari viuere:& qui ad onus eligi
tur,à mercede minimè repelli debeat: dignum profe-
ctò eſt, vt eccleſiæ ſtipendiis ille ſuſtentetur: in quam,
& per quam diuinis obſequiis adſcribitur: vt rectè ſcri
bit Innocent.in c.cùm ſecundum.de prębend.Itaque
dubium non eſt, quin decimæ iure debeantur mini-
ſtris,ac paſtoribus Eccleſiæ:cùm ob † parœciarum gu- 28
bernationem : tùm verò ob animarum curationem.c.
1.§.his itaque.c.eccleſias.13.q.1.c.decimę.c.decimarũ.
16.q.1.c.ex his.12.q.1. Adeò vt etiã ab inuitis † has exi- 29
gere liceat. c. parochianos. c. in aliquibus. de decim.
Quippe à quarum ſolutione libertatem,aut immuni-
tatem nemo acquirere poteſt, † conſuetudine, vel pꝛæ- 30
ſcriptione aliqua:c.cauſam & ib.not. Abb.& Felin. de
præſcript.gl.& Innocent.in c.fi.de pact. Quandoqui-
dem contra ius diuinũ, quo decimę ſancitę ſunt,nulla
valet præſcriptio:† Innocent.in rubr.de conſuet.Cal- 31
der.conſ.96.n.2. Euerard. conſ.183.n.17. Guid. Papæ
ſing.456.n.1.Fr.Viuius com.opin.lib.1. gl.cõſuetudo.
n.74.Quò fit,vt qui non ſoluit decimas,† vehementer 32
peccet:c.pen.de decimis.c.decimæ.c.decimarũ.16.q.
1.Capra reg.98.n. 1.&ſeq.Et not. Vveſebecc. conſ.56.
n.2.vol.2.Quod ſanè peccatum plerunq; ſequitur an-
nonæ caritas, & indictio fiſci: vt verum ſit, quod vulgò
dicitur: Quod non † capit Chriſtus, rapit fiſcus: vt eſt 33

in c.maiores.17.quæst.7.cum quo facit.c.reuertimini. §. quia mihi. 16. q. 1. Et idcircò ad decimas soluendas
34 etiam inuitus † quis cogi potest: non solùm censura
35 ecclesiastica: † vt not.Didac.Couarru.Pract.quest.lib. 1.c.35.n.2.per Clem.2.de iudic. & c. peruenit. c. nuntios.c.cum homines.c. de terris.de decim.c.omnes.§. fin.16. q.7. vbi pœna excommunicationis (vt vocant)
36 statuitur in eos, qui † ritè non soluunt decimas:verùm etiam officio iudicis, & magistratus ciuilis: quo deci-
37 mas captis pignoribus † exigere permissum est:vt not. Minsing.obseru. 100.cent.1.arg.l. 3. C. de iudic. & l.2. C.de ord.cog.l.1.&l.2.C.de ord.iud.l.si quis à liberis. D.de lib.agnosc. c. si beneficiorum. §. nec per. de de-
38 cim. c.pen.de rest.in integr.Nisi tamen quis † muneris huius vacationem fortè à Pontifice Roman. impetrârit:vt quibusdam placet.c. à nobis.vbi gloss. Card. Io. Andr.Host.Panorm. Alex. & c.suggestum. c. ex parte, c. licet. c. ad audientiam. de decim. & tot.tit. de reb. eccl.non alien.Alc.conf.22.in princ.& num 10. Socin. cons.18.n.39.vol.1.Alex.cons.78.num.17. vol. 5. Paris. cons.18.num.11. volum.1. Porrò de quibus rebus de-
39 cimæ persoluendæ sint: † expressè cauetur in c. non est.& c. ex transmissa. de decim. nempe de bonis omnibus,quę licitè potest homo acquirere.c.non est pu-
40 tanda. 1. q. 1. Quum ea quæ illicitè acquisita sunt, † in bonis nostris esse non dicantur.l. 3.D. Pro socio. Itaq; de omni fructu tam mobilium, quàm immobilium rerum decimæ persolui debent.c.tua nobis.§. & cum de cunctis.& c. peruenit.c.nuncios.c. ex parte. c. non est.de decim.c.quicunque.c. omnes. in princ.16.q.7. Quod etiam ad fructus,& lucra artificiorum,negotiationis,militię referri debet:c.pastoralis.§.ad quod respondem⁹.vers.& de residuo.vbi gl.de deci.c.decimę. §.de militia.16.q.1.Itemque ad tributa,& census:c. cũ non sit.§.fin.vers.vel saltem hi.de deci.ex quibus omnibus decimæ præstandæ sunt: quum sint instar collectarum: vt ait Bald.in l.neminem.C.de sacros. eccles. Et trad.Rebuff.in tract.de decim.quæst. 8. num. 18. & 19.Me-

19. Menoch. conf. 9. num. 11. vol. 1. Sed & hoc idem verum est in fructibus noualium: quorum similiter decimæ erogari solent, aut debent. c. quoniam. & c. ex parte. vbi Abb. eod. tit. Quæ communis est doctorum opinio: vt not. Curt. iun. in conf. 333. num. 55. & seq. vol. 3. Quippe quum appellatione † decimarum noualia quoque contineantur: d. c. ex parte. vt qui possessionem habet decimæ † principalis, etiam habeat possessionem augmenti ipsius, & accessionis: l. si ex toto. in princ. & l. quod in rerum. §. si quis post. D. de legat. 1. Abb. conf. 71. col. 2. vol. 2. quem sequitur Crauet. de antiq. temp. 4. parte princip. num. 57. & 58. Rebuff. de decim. q. 14. n. 20. Nam ob subiecti vnitatem pars ita cum toto † consolidata, & vna quasi possessa esse videtur. c. ex literis. de probat. l. si debiliorem. vbi Rip. D. de pignor. §. commodis. Instit. de interd. & not. Bart. in l. 3. in prin. & Ias. n. 34. D. de acquir. possess. Menoch. conf. 36. n. 21. vol. 1. Quemadmodum aliàs quoque in re simili villa accessoriè † castro addita, & ciuitas regno, eiusdem iuris esse dicitur, cuius est ciuitas, vel regnum. Bart. in l. si conuenit. 2. §. si nuda. D. de pig. act. quem sequitur Ang. in l. dãni infecti. §. si is. D. de dam. infec. Bal. Cyn. & Salic. in l. non modus. C. de seruit. & aqua. Alex. in l. 1. col. 5. D. de lega. 1. & conf. 151. col. 2. vol. 2. & conf. 114. in fi. vol. 4. Barb. conf. 4. vol. 1. Curt. iun. conf. 110. n. 12. Cephal. conf. 367. n. 29. vol. 3. Ripa respons. lib. 1. c. 21. Tiraquel. de retract. §. 1. gloss. 18. nu. 5. Brun. in tract. de augmen. concl. 5. princ. Soarez. alleg. 28. n. 7. & 8. Porrò cuínam decimæ noualium debeantur: † vtrum pastori ecclesiæ, an verò ei, qui iure clientelæ sacram sibi decimam vindicat: de quo suprà fuit proposita quæstio: in eo sanè ego sic distinguendum esse arbitror. Nam considerandum est diligenter: an ius sacræ decimæ patrono ecclesiæ disertè concessum fuerit? an verò longa possessione acquisitum? Priore casu, † si nimirum iure clientelari decimam sibi patronus vindicat: manifestum est, decimam quoque noualium ei deberi: c. ex parte. de de-

41 42 43 44 45 46

47 cimis. Propterea quòd verba † indefinita ad futurum quoque tempus inferuntur. l. si seruitus. D. de seruit. vrb. præd. sicut aliàs † quoque oratio indefinita æquipollet vniuersali: l. si pluribus. D. de lega. 2. cum sua materia: vt si cui ius decimæ concessum sit, eidem quoque noualia concessa esse videantur: licet terræ ipsius cultura aliquo modo fuerit immutata. argum. text. in c. cum in tua. de decim. Et per hunc text. not. Cephal. consil. 418. num. 53. volum. 4. & Didac. Pract. quæst. c. 37. num. 5. vbi ait, agri possessorem non desinere hunc possidere, quamuis eiusdem culturam immutauerit. Posteriore verò casu, si videlicet hoc ius longa possessione acquisitum sit: non tam patrono, quàm parœco, † noualium decimam deberi, vulgò receptum est: quoniam in loco recens proscisso nullam vnquam decimam aut percipere, aut vsucapere patronus potuit. c. cum contingat. & c. cum in tua. de deci. Adeò, vt tametsi ei, qui longa fortassis possessione decimam sibi acquisiuit, nominatim decimæ noualium ius ita tributum fuerit: vt non aliter ea, ac vetere decima, fruatur: eiusmodi tamen concessio ex constitutione Alexandrina dimidiam partem excedere non debeat: ne pastores ecclesiæ, & ministri nimis grauentur. vt rectè hoc declarat Fr. Duaren. lib. 7. de benefi. Eccles. c. 1. per c. statuto. de decim. lib. 6. Sed in hoc tamen loci cuiusque consuetudo † maximè attendenda est: quæ est optima legum † interpres: l. si de interpretatione. D. de legibus. c. cum sint. vbi gloss. & c. ad Apostolicæ. de decimis. & in quacunque dispositione primum locum habet: † c. licet ex suscepto. vers. consuetum. de for. comp. cum aliis similib. relatis per Rolan. à Valle in cons. 79. num. 80. & seq. quoniam inculpatum est, quòd consuetudo approbat, teste Bald. in l. ex Diui. C. Locati in princip. Sicut & in censuum ac tributorum † præstatione vetus obseruanda est cuiusque loci consuetudo. l. si publicanus. §. fin. l. licitatio. §. earum. D. de publica. l. missi opinatores. C. de exacto. & tribut. libro decimo. vbi Bartolus & alij.

48

49

50

51

52

53

l.cùm satis. §.caueat. C.de agr.& cens.libro 11.l.fin.C. nou.vectig.instit.non posse. Et not.Bald. in l.ex præstatione. C.de vectigal.& comm. Angel.cons.9. Ruin. cons.202. in fin. vol.2. Cephal.cons.451.nu.248. cum seq.vol.4. Guid.Pap.cons.66.colum.7. Paris.cons.25. num.54.volum.1. Quæ quidem consuetudo per Germaniam † ferè ita obseruatur; vt si vtriusque ius decimæ, tam maioris, quàm minoris, Pastor habeat Ecclesiæ: idem quoque noualium decimam percipiat: sin verò minoris duntaxat: ipso nimirum patrono maioris decimæ ius sibi vindicante: vt nō nisi priore triennio (quandiu scilicet durat nouale) decimam eam suo quodam iure Pastor obtineat: insequentibus verò annis, quoniam nouale iam vetus quodāmodo factum est, ad patronū Ecclesię ius illud omne transeat: exemplo c.vlt. de priuilegiis. Quanquam in locis quibusdam etiam consideratur fundi ipsius natura, & qualitas: in quo nouale factum est: vt si ex silua, aut nemore, alióue publico loco, in quo ius quasi maioris decimæ habet Magistratus, nouale factum sit, loci eius domino noualis quoque decima debeatur. Quandoquidem inculta loca plerunque in dubio præsumuntur esse Reipublicæ: † vt tradunt Doctores in l.prima. D.de acquir.possess. Et notat Alciatus in l.silua. §.noualis.D.de verbor.signific. Quòd si verò ex pascuis, aut hortis, aliisue locis, in quibus ius minoris decimæ Pastor antè habuit, nouale factum sit: eidem quoque noualis decima perpetuò concedatur: vt probat textus notabilis in c.cùm contingat. de decimis. vbi definitum est, eum, qui præscripsit decimas in nemoribus, vel pascuis, si ad culturam postea redacta fuerint, ius quoque habere noualium. Quod in specie ibidem confirmat Abbas & alij: & notat Ruin.consilio 163. num.15. volum.5. Paris.consil.73. volum.4. Rebuff.in tractatu de de decimis.quæst.14.numero 27.Didac.libro 1.variar.resol. c.17.num.13. quos refert & sequitur Menoch.consil.36.num.39.volum.1.Quamobrem, ne longiùs faciam, etiam atque etiam videndum est, quid

54 55

cuiusq; loci cõsuetudo specialis fieri postulet: quippe
56 quæ legi & consuetudini generali præiudicat: † quum
57 in toto iure generi per speciem derogetur: † & illud potissimùm habeatur, quod ad speciem directum est, l. in toto. D. de regulis iuris. & c. generi. eodem tit. libro 6. vbi Dinus & Decius cum ibidem allegatis locis compluribus.

CONSVLTAT. LIBRI II. FINIS.



DISPVTATIONES TRES DE

Iure & Qualitate rerum Sacrarum, Religiosarum, Sanctarum.

Publicè propositæ ad disceptandum

à

NICOLAO REVSNERO Iurisconsulto.

Disputatio I.

I.



VVM tria sint genera rerum diuinarum, vnum sacrarum: alterum religiosarum: postremum sanctarum: de singularum iure, & qualitate, ordine dicendum est: facto nimirum principio à rebus sacris: quæ omninò sunt iuris diuini: adeoque non in hominum, sed Dei ipsius patrimonio esse censentur.

Ex Martia. lib. 6. §. 2. D. de rer. diuis. & §. nullius. Instit. eodem tit.

II.

Sacras res voco, quæ publicè consecratæ sunt, non priuatim.

Ex Martia.d.l 6.& Vlp.l.7. D.eod.Macrob.Satur.lib.3. c.3.C.Trebatij definitionem recitat: Sacrum (inquit) est, quicquid est, quod Deorum habetur.

III.

Publicè dico. Nam si priuatus quispiam suæ religionis caussa Deo aliquid dedicet; sacrum non habetur, sed profanum.

Ex d.l.6.& ex Paul.l.inter.83. §.sacram.de verb.oblig. Festus lib.17.ex Ael.Gallo. Cic.3.de Legib.& Epist.ad Att. lib.12.Priuata tamen sacra, religionis speciem aliquam habere, Paulus testatur in l sacrilegi.9.ad leg.Iul.peculat.

IIII.

Publica igitur opus est auctoritate: olim quidem populi Romani, & Pontificum: hodie verò, cuiuslibet magistratus, & antistitum sacrosanctæ religionis Christianæ.

De ritu veteri ædis consecrandæ vide Alex.Neapol.Genial.dier.lib.6.cap.14. & Liu.Decad.1.lib.2.& 9.De ritu autem nouo, c.nemo.de consecrat. dist.1.& § si quis autem. §.si quis ædific.Auth de Eccles.tit ac priuileg.collat.9.Sed & Vlp.in l.9.D de rer.diu.§.principem sacri loci dedicandi potestatem habere affirmat.

V.

Sunt autem duo genera rerum sacrarum.

Commun.Dd.in §.sacræ. Inst.de rer.diuis.Fr.Duar. de sacr.Eccl.min.ac benef.lib.2.c.2.& 5.

VI.

Vnum earũ, quæ ad Dei cultum directò dedicatæ sunt: cuiusmodi sunt sacræ ædes, & donaria, omnisque supellex sacra.

Ex d.§.sacræ, & ex Iust.l sancimus.17. C.de sacros.Eccl.

Alterum

VII.

Alterum verò earum, quæ ad ministerij sustentationem potissimùm destinatę sunt: veluti decimæ, & reditus annui Ecclesiæ, eiusque fundi, & prædia.

De hoc genere rerum sacrarum vide Gelasii, Simplicij, & Gregorij Pontif. Rom. decreta, c. præsulũ. 16. q. 3. c. concesso vobis. cum cc. seq. 12. q. 2. qui in quatuor portiones, Ecclesiæ patrimonium distribui præcipiunt: vt vna sit Episcopi: altera doctorum: tertia pauperum: quarta ædificiorum & fabricarum Ecclesiæ.

IIX.

Quarum vtrarumque ea est natura, & qualitas: vt nullius sint in bonis.

Ex d. § nullius. & d. l. 6. Publicæ res quoque nullius esse dicuntur, l. 1. D. eod. sed hæ si minus proprietate, at vsu alicuius propriæ esse possunt: sacræ vero res non item.

IX.

Itaque nec alienari, nec obligari à quoquam possunt.

Ex Iustin. l. sancimus. 17. & l. iubemus. 14. C. de sacros. Ecclesia. Ex Vlp. l. quod nullius. 142. D. de regul. iur. Facit ius Pontif. c. nulli. de reb. Eccles. non alien.

X.

Adeò vt si cuipiam venditæ, aut oppignoratæ fuerint, omnimodò eas vindicare liceat: nulla emptori, aut creditori ad repetendum actione relicta: siue sint res mobiles, siue immobiles.

Ex Auth. qui res. C. de sacros. Eccles. & Auth. de alien. & emphyt. § si verò quis. collat. 9. & Auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles. tot. tit. collat. 2.

XI.

Planè quibusdam ex causis rerum sacrarum alienatio iure permissa est.

Gl.in d.§.nullius.Inst.de rer.diuis.text.& gl.in d.l.sancimus.& in d.l.iubemus. C.de sacros.Eccle. & ibi Dd.

XII.

Quarum prima est Necessitas: cui meritò datur venia: vt si ære alieno laboret Ecclesia.

Ex Auth.hoc ius porrectum. & Auth.præterea. Cod.de sacros.Eccle.arg.l.1.D.de reb.eor.qui sub tut.

XIII.

Altera Pietas, vt ob redemptionem captiuorum, & alimoniam pauperum.

Ex d.l.sancimus.& l.si quis.36.C.de donat. & c.apostolicos.cum 4.seq.cc.12.q.2.vnde bona Ecclesiæ passim dicuntur patrimonia pauperum.c.quia iuxta.16.q.1.

XIV.

Quandoquidem aurum habet Ecclesia, non vt seruet, sed vt eroget, & succurrat hominibus in magna necessitate constitutis.

Ex Ambros.& Hieron.in c.aurum. c.gloria.12.q.2. Sic Tertull.in Apolog. opes Ecclesiæ, pietatis quædam deposita vocat.

XV.

Quò accedit tertia causa, nempe vtilitas, & commoditas: si quoquomodo Ecclesiæ conditio inde melior fiat.

Ex Auth.de non alien.aut permut.reb.Eccle.§.finimus. coll.2.Ex Auth.de alien.& emphyt.§.& hoc quidem.coll. 9.c.vt super.de reb.Eccl.non al.& c.sine exceptione.c.terrulas. & c.non liceat. 12.q.2.cum ibidem not.in gl.penult. in fin.

XVI.

Quam ad rem tamen opus est primùm causæ cognitione, deinde decreto antistitis: tum consensu eorum, & voluntate, ad quos res ea pertinet.

Ex

Ex Auth. hoc ius. §. quod si nolit. C. de sacrosʃ. Eccle. & c. placuit. 12. q. 3. c. tua. extrà, de his, quæ fiunt à prælatis. c. 1. de rebus Ecclesʃ. non alien. lib. 6. Panormit. c. statuimus. de transact.

XVII.

Contrà qui facit, id est, qui hoc iure non obseruato, sacrum, sacróue commendatum rapit, aut compilat, aut quouis alio modo profanat: is non modò nihil agit: sed etiam nefario se sacrilegij crimine obstringit.

Ex d. l. iubemus. §. sanè. iuncto §. præterea. c. de sacrosʃ Eccle. & ex c. sunt qui opes. cum tribus cc. seq. 17. q. 4. & c. prædia. 12. q. 2. c. vltimo. 16. q. 1. c. benè quidem. 96. distin. Quò pertinent Legis XII. Tabul. verba apud Cic. de Legib. 3. Sacrum, sacróue commendatum qui clepserit, rapseritq́;, parricida esto.

XIIX.

Cuius pœna est, iure quidẽ ciuili, mors: Pontificio autem, excommunicatio.

Ex Paul. l. sacrilegi. 9. D. ad leg. Iul. peculatus. quamuis Martia. & Vlp. extraordinariam pœnam constituant in sacrilegos, in l. 4. & 6. d. tit. Ex Can. c. quicunque. 12. q. 2. c. 2. extrà, de reb. Eccle. non alien.

XIX.

Neque obstat multiplex sacrarum rerum apud plerosque abusus: quippe quum benè iis vti liceat: ad verum Dei cultum, & salutẽ Reipublicæ Christianæ: quod omninò non derelinquendum est.

Non æquum est id haberi malum, quo benè vti licet, inquit Cicero.

XX.

Quemadmodum enim (secundum Modestinum) legatum, spectaculi cuiusdam celebrandi

gratia, quod celebrare nefas eſt, in ſui memoriam, à defuncto ciuitati relictum, lucro hæredum nequaquam cedit: ita opes, pecuniæq; ſacræ ad falſos, & impios Dei cultus deſtinatæ: néque hæredibus defunctorum: neque Reipublicæ, aut priuatorum hominum vſibus profanis cedere debēt: ſed ad pios, & veros vſus conuerti: cuiuſmodi ſunt, ſacri miniſterij conſeruatio, ſcholarumque piarum inſtauratio, & ſimiles.

Ex Modeſt.l.legatū.16.D.de vſu, & vſufruct.leg. & gl. hîc, & Bart.alijque Dd. Facit l.legatam.5.de admin.rer.ad ciu.pert. & l.Imperatores.3.de pollicit. Qua de re vide Carol. V. Imper. conſtit.in comit.Auguſt.latam anno 1555. fol.7. & Schurf.conſil.48.& 90.cent.1.

XXI.

Quod enim ſemel Deo dicatum eſt, ampliùs ad profanos vſus transferri non debet.

Ex l.inter.83. §.ſacrum.D.de verb.oblig.& ex c.quæ ſemel.19.quæſt.3.c.ſemel.de regul.iur.in 6.c.altaris palla.de conſecr.diſt.1.c.adhæc.extrà, de relig.dom.c.mancipia. extrà, de rer.permut.

XXII.

Sunt & alia multa rerum ſacrarum priuilegia: non ſolùm in acquirendo: ſed & poſsidendo: adeoque in omni iure conſeruando, augendoque.

Ex l.priuilegia.12.C.de ſacroſ.Eccle. & l.generaliter.C. de Epiſc.& cler.

XXIII.

Nam & immunia ſunt bona Eccleſiæ: & ab omni iuriſdictione, poteſtateque ciuili libera: vt de his aliud ſtatuere, aut diſponere, ne ſummo

ino quidem magistratui permissum sit.

Ex l.2.& l.omnes.31.C.de Episc.& cler.l.neminem.C.de sacrosf.Eccles.l.rescripto.D.de muner.& hon. §.non igitur. Auth.de alien.aut permut.reb.Eccles.Ex c.Ecclesiam.1.q.2. c.non liceat.12.q.2. c.conuenio. 23.q.8. c.quanquam.de censibus.c .clericis.de immun.Eccles.in 6.c.nullus.de bono compet.c.vlt.de vit.& hon.cler.

XXIV.

Maximè verò sacrorum Templorum, & Cœnobiorum alienatio omni iure prohibita est: propter quæ eiusmodi priuilegia rebus sacris concessa sunt.

Ex Auth.multò magis. C.de sacrosf.Eccle. Propter quod enim vnumquodque tale est, illud magis est tale. §.quantum cognouimus. Auth.de alien.& emphyt. collat.10.

XXV.

Quod adeò verum est, vt ne infeudari quidem vllo modo posse videantur.

Aluarot.in c.1.qui venundari possunt. Curt.in Feud.2. parte.q.24.

XXVI.

Immò tanta est immunitas, libertasque sacrarum ædium: vt sint asyla quædam, & periculi perfugia: à quibus eripere neminē fas est: non solùm ob æs alienum, sed & ob graue aliquod delictum eò confugientem: si quidem ius spectes Pontificium.

Ex l.2.C.de iis qui ad Eccles.confug.& c.reos. 23.q.5.c. si quis contumax.17.q.4. c.imperialium. de immun.Eccles. & Host.in Sum. num.15. Asyla Iudæis sex ciuitatum constituta, Numer.35.Deut.19.Ios.20.

XXVII.

Quanquam aliud iure ciuili constitutum: &

pafsim vſu & conſuetudine receptum eſt, & quidem rectè.

Ex l præſenti. 5. §. nec in ipſis Eccleſ. C. de his qui ad Eccleſiam confug. diſtinct. vide apud Schneideuin. in §. finali. Inſt. de his qui ſui vel alieni iuris.

XXIIX.

Pœnas enim ob delicta ſolui, magna ſuadet ratio: neque poteſt vlla Deo mactari victima pinguior, ſecundum Senecam, quàm homo ſceleratus.

Ex l. ſi à reo. 71. §. fi. D. de fideiuſſ. l. bona fides. 31. depoſ. l. capitalium. 28. §. famoſas. D. de pœn. Facit l. 3. Cod. de Epiſc. audiend. & ibi Paul. Caſtren. item Auth. de mand. princ. §. neque autem homicidis. cum gloſ. Plato in Protag. & libro 11. de Legib.

XXIX.

Et quæ poteſt eſſe profanatio ſacrarum ædium maior, quàm ſi latronũ, & maleficorum hominum ſint perfugia, & conuentibula: per quos vitæ humanæ turbatur ſocietas & ſalus, tranquillitaſque publica, atque priuata.

Ferrar. in forma inquiſitionis, numer. 31. probat hoc ius Pontificium de Aſylis hominum maleficorum, & ſceleratorum, non modò ſine ratione, ſed & contra legem diuinam factum eſſe: quæ domum Dei, orationis domum, non ſpeluncam latronum eſſe vult.

XXX.

Cæterùm locus ſacer, etiam diruto ædificio, permanet ſacer: & priuilegia ſua retinet: vt neque vænire, neque alienari vllo modo queat.

Ex Mart. lib 6. D. de rer. diuiſ. & Papin. l. æde ſacra. 73. D. de contrah. empt.

Quòd

XXXI.

Quòd si in hostium potestatem peruenerit, religionem amittit, auctore Pomponio: quemadmodum multa hodie templa, magno Reipublicæ Christianæ malo, & dedecore, à Turcis & Saracenis profanata esse videmus.

Ex Pomponio l. cùm loca. 36. D. de relig. & sumpt. funer. gl. in c. pastoralis. 7. q. 1. verb. reuertaris. Bart. in l. fin. D. de colleg. illu. Baldus in tit. de pace. Constant. verb. imperialis. nu. 8. & cons. 322. & 367. nu 6. vol. 3. per text. in l. si vsusfructus. D. quib. mod. vsusfr. amitt. Cæterùm de euocatione sacrorũ vide Macrobium lib. 3. & Liuium lib. 5. Plinium Epist. 10.

DE IVRE ET QVALITATE RERVM RELIGIOSARVM.

Disputatio II.

I.



ELIGIONIS verbo quidẽ propriè iustitia erga Deum: ꝑ abusionem verò loci quædam sanctitas, venerationque significatur.

Cic. in Partit. & de Inuent. lib. 2. Quid à superstitione differat religio, vide eundem lib. 2. de Naturæ Deor. Quintil. lib. 8. c. 3. August. lib. 6. de Ciuitate Dei.

II.

Quam Marcus Tullius Cicero à relegendo, id est, retractando ea, quæ ad cultum diuinum pertinent: Cælius verò Lactantius à religando dictam esse putat: quòd eius vinculo

homines Deo aſtricti,& quaſi religati ſunt.

Cic.2. de Nat.Deor. Lactant.Inſtit.lib.6. Connan.Comment.Iur.ciu.lib.3.c.1.

III.

Melius Seruius Sulpitius,& Maſſurius Sabinus (ſi quidem rem,de qua hîc agitur,ſpectes) religionis verbum à relinquẽdo deducunt, auctore Gellio: quòd nimirum ea propter ſanctitatem aliquam remota, ac ſepoſita à nobis ſit.

Macrob.Saturnal. lib.3.c.3. & Gellius lib.4.c.9. Nam in arandis agris, conſerendiſque hortis ſepulcra, & alia loca religioſa intacta relinqui ſolent.

IV.

Sed à religione religioſum denominatur: id eſt, quod maieſtatis, venerationiſque plenum eſt.

Cic.Verr.6. & in orat. de accuſ.conſtit. vt citat Gellius lib.4.c.9.ex Nigidio Figulo. Plin.lib.6.c.29.

V.

Et definitur locus religioſus is, qui propter ſanctitatem à profanis vſibus relictus, & ex iure commercioq́ue viuorum, in ius patrimoniumq́ue mortuorum quodammodo relegatus eſt.

Ex Vlp.in l.2.& 4. D.de religioſ.& ſumpt.fun. Cic.lib.2.de Legib. ea loca, quæ mortui illatione facta eſſent religioſa, neque arari, neque coli ius fuiſſe ſcribit. Ibidem quoque ſepulcrorum exaratorũ facit mentionem: id eſt, eorum, quos Pontifices puros eſſe decernunt.

VI.

Cuius generis ſunt omnia ſepulcra, quæ à Conſtantino Imperatore rectè Domus defunctorum appellantur.

Conſtanti-

Constantin. Imper. in l. 4. C. de sepult. violat.

VII.

Sepulcra autem sunt, in quibus corpus, ossáue hominis condita sunt.

Ex Vlp. l. 2. D. de religios. & sumpt.

IIX.

Quorum alia sunt Familiaria, alia Hæreditaria.

Ex Caio & Vlp. l. 5. & 6. D. de relig.

IX.

Familiaria sunt, quæ quis sibi familiæq; suæ constituit.

De his vide l. si sepulcrum. 4. & l. ius familiarium. 8. & l. ius sepulcri. 13. C. de religios. & sumpt. c. vnaquæque. 13. q. 2. c. 1. de sepultur.

X.

Hæreditaria verò, quæ quis sibi & suis hæredibus cõstituit: vel quæ paterfamiliâs iure hæreditario acquisiuit.

De his Vlpian. in l. vel quæ. 6. D. de relig.

XI.

Nullus verò locus, nisi in quo sepultura est, religiosus esse potest.

Minimè ergo pecunia, aut thesaurus, aliáue ornamenta locum faciunt religiosum: quæ cum corporibus condi, lege prohibitum est: ne scilicet violandorum sepulcrorum hominibus auaris detur occasio. Mart. in l. lege Iulia. 4. §. 3. ad legem Iuliam peculatus. Vlpianus in l. at si quis. 4. D. de religiosis.

XII.

Est enim corpus hominis, quod locum facit religiosum.

Quod adeò verum est, vt siue ad tempus tantùm, siue in

perpetuum vspiam corpus sit conditum: eo sublato, locus profanus maneat. Paulus in l.si quis.40. de relig.

XIII.

Quod cùm in locum aliquem illatum, & in eo humatum est, sepulcrum vocatur: & religione tenetur.

Ex Vlp.lib.4.de relig. & l.1.de mort.inferen.

XIV.

Sed non totus, qui sepulturæ destinatus est, locus religiosus fit, sed quatenus corpus humatum est.

Vlp.ex Cels.in l.2.§.2.D.de religios.

XV.

Quòd si in diuersis locis homo sepultus est, vterque quidem locus religiosus non fit: quia vna sepultura sepulcra plura efficere non potest.

Ex Paul.l.quum in diuersis.44.D.de religios.

XVI.

Sed ille demũ est religiosus locus, vbi quod principale est, conditum est, id est, caput, cuius imago fit, vnde cognoscitur.

Schneideuin.in §.fin. Instit.de iure natur.gent. & ciu. Semper enim digniora præferenda sunt. l.prima. D.de albo scribendo.

XVII.

Vnde meritò dubitatum est, an monumentum, quod memoriæ, honorisue causa defuncto est positum, religiosum sit, an non?

Monumentum definit Vlpian.in l.2.& Marcel.in l.funeris.37.& Florẽt.in l.monumẽtũ.42.D.de relig.& sumpt. Suetonius in Claud.tumulum honorarium: Græci Cenotaphium appellant. gl.imaginarium sepulcrum vocat: quale describi-

deſcribitur apud Maronem lib.3. Aeneid.

XIIX.

Quod negat Vlpianus, affirmat Martianus. Plerique tandiu affirmant religioſum eſſe monumentum, quandiu durat.

Ex Mart. l. in tantum. 6. & Vlp. l ſed Diui. 7. de rerum diuiſ. & l. 6. de relig. Connan. lib. 3. c. 1.

XIX.

Quod ſi aut tempeſtate, aut vi, aut vetuſtate intereat: religionem ſuam amittit, cùm ſepulcri ſanctitas in ipſo ſolo ſit: quod nulla vi moueri, neque deleri poteſt: adeoq; vetuſtate ſua ſemper habetur ſanctius, & religioſius.

M. Tull. Cic. in Orat. nona Philip.

XX.

Porrò religioſum locum vnuſquiſque facere poteſt voluntate ſua: inferendo mortuum in agrum ſuum: in quo plenum habet ius, & dominium.

Ex Mart. l. in tantum. 6. de rer. diuiſ. & Vlp. l. 1. §. facere. de mort. inferen.

XXI.

Si verò ager ſit proprietarius duntaxat, aut fructuarius: vtriuſque domini conſenſum accedere oportet.

Ex Mart. l. 2. §. 3. & Papin. l. ſunt perſonæ. 43. D. de relig. & Vlp. l. locum. 20. D. de vſufruct.

XXII.

Quòd ſi ager ſit communis: abſque conſenſu ſocij, mortuum inferre non licet.

Ex §. religioſum. & Mart. l. in tantum. de rer. diuiſ. Inſt. & Pandect.

XXIII.

At in commune ſepulcrum, etiam inuito ſocio, ex ipſis dominis quemlibet mortuum inferri poſſe, manifeſti iuris eſt.

Ex Calliſtr. l.ſi plures. 41. & Papin. l.ſunt perſonæ. 43. D.de relig. & Vlp.l.ſi quis.6.commu.diuid.

XXIV.

Alienum verò non item.

Solonis lege cautum fuit: ne quis alienum inferat. Cicero 2.de Legib.

XXV.

Quod ſi faciat, familiç herciſcundæ, aut communi diuidundo iudicio rectè conuenitur.

Ex Vlpiano l.6. l.ſi ædes. 12. Papin.l. Sabinus.28. communi diuidundo.

XXVI.

In locum verò alienum mortuo illato, niſi dominus conſenſerit, ratúmue habuerit, locus religioſus minimè efficitur.

Ex §.religioſum. & Vlp.l.6.in fin. de rer.diuiſ.

XXVII.

Itaque in eum, qui mortuum intulit, actio datur in factum: qua aut cadauer tollere, aut loci precium præſtare cogitur.

Ex Caio l.is qui.7. D.de relig.& ſumpt.

XXIIX.

Cæteroquin oſſa, corpúſue mortui effodere domino, ſine Pontificum decreto, præſidíſue iuſſu, non licet.

Ex Vlpiano l.oſſa. 8.D.de relig. ex ſententia Labeonis.

XXIX.

Atque hæc quidem, quæ diximus, Iure ciuili obtinent

obtinent. Iure autem pontificio aliud hodie cõstitutum est.

Legum sit ne maior, quàm Canonum auctoritas, vide reg. Bruccard. 87.

XXX.

Nam vt locus fiat religiosus, non sufficit mortui hominis illatio: sed necesse est, vt accedat consecratio Pontificis, aut Antistitis.

Ex c. adhæc. extrà. de religios. domib. & tot. tit. ext. de sepulturis.

XXXI.

Planè ab hoc iure non omninò aliena est tẽporum nostrorũ ratio & cõsuetudo: qua communia hodie sunt omnibus Christianis sepulchreta, quæ cœmeteria appellantur: in quibus vnicuique locus datur sepulturæ, tàm in vrbe, quàm extra vrbem: modò à communione Ecclesiæ, legitimo modo non sit segregatus.

Lege D. Adriani Imp. pœna XL. aureorum constituta est tã in eos, qui in vrbe sepulchrum faciũt: quàm in magistratus ipsos qui hoc permittunt. l. 3. §. Diuus. D. de sepulc. viol. Paul. lib. 1. tit. 21. sed consuetudo aliud hodie obtinet, quæ vincit legem: Iulia: in l. de quibus. 31. de leg. & senat. c. vlt. de consuet.

XXXII.

Neq; enim aut Iudęus sepultura affici Christiana potest.

Ex l. hac valitura. 17. C. de Iudæis.

XXXIII.

Nec hæreticus.

Ex l. vnica. C. ne Christianum mancipium. c. quicunque. in princ. vers. & locus ille. de hæred. in 6.

XXXIIII.

Nec vsurarius.

Clement 1 *de sepulturis.c.2. in princ.vsque ad* §. *nullus manifest.de vsur.in 6.*

XXXV.

Nec denique is, qui in manifesto aliquo crimine, sine signis veræ pœnitentiæ, decessit.

Ex c.is cui.§.*talis quoque.de sentent.excom.in 6.c.sacris. extrà, de sepult.c.quia in omnibus.extrà, de vsur.c. nullus. iuncta gl.13.q.2.Host.in Sum.de sepult.num.4.*

XXXVI.

Præsertim verò eorum, qui seipsos interficiunt, sepultura non humana, sed canina, aut asinina esse solet.

Tex.& gl.in c.placuit.23.q.5.Caninæ verò sepulturæ exẽplum vide 3.Reg.21.& 4.Reg.9.Asininæ autem, Iere.22.

XXXVII.

Aliud verò ius est in eo, qui ob maleficium aliquod capite damnatus est: cuius corpus à magistratu cuilibet petenti ad sepulturam datur: solo læsæ Maiestatis crimine excepto.

Vlp.in l.1.Paul. l.fin. de cadauer. punit. Fa.l. obnoxios. C.de relig.c.fures.ext.de furt.c.fatendum.§.*fin. c. quæsitum.13.q.2.Host.sum.de sepult.num.4.*

XXXVIII.

Cæterùm ea vis, & natura est rerum religiosarum: vt non minus, ac res sacræ, in nullius bonis sint, aut esse possint.

Ex §.*nullius.& l. 6.* §. *2. de rer.diuis.l.in nullius bonis est.*D.*si seruit.vindic.l.locum.9.C.de relig.*

XXXIX.

Itaque vendi, aut obligari à nemine possunt: prohibente hoc Iuris religione.

Ex l.1.C.de sepulcr.viol. & l.2. C.de relig. l. seruitutes. 14.§.*fin.*D.*de seruit.*

Nam

XL.

Nam & Senatusconsulto cautum est: ne vsus sepulcrorum permutationibus polluatur: id est, ne sepulcrum alterius conuersationis vsum accipiat.

Vlp. in l. si quis. 12. §. Senatusconf. D. de relig. & l. 3. §. si quis in sepulcro. vbi gl. D. de sepul. viol. Concor. l. 2. in fin. C. d. tit.

XLI.

Imò ne monumentum quidem alienum cuiquam demoliri fas est: quoniam interest religionis, monumenta extrui, atque exornari.

Ex Vlp. l. 1. D. de mort. infer. Martia. l. Diui fratres. 39. de relig.

XLII.

Quanquam is, qui construxit, si idem demoliatur: aut ab alio ædificatum in fundo suo dominus diruat: absolutus est omni religione.

De hoc vide Connan. Comment. Iur. ciu. lib. 3. c. 1.

XLIII.

Quod autem de sepulcris dicitur: multò magis hoc obtinet in corporibus defunctorũ, nullo modo aut detinendis, aut vexandis, aut quoquo modo cõtrectandis, & à sepultura arcẽdis.

Ex Vlp. l. ne corpora. 38. D. de relig. l. nemo. 14. C. eod. tit.

XLIIII.

Quod vsq; eo probatum est religionis fauore: vt iter ad sepulcrum non habenti vicinus, si non precariò, at iusto precio cogatur præstare.

Ex Vlp. l. si quis. 12. D. de relig. & Pompon. l. vtimur. 5. D. de sepul. viol.

XLV.

Imò ne Creditor quidem funus debitoris sui

defuncti impedire: aut rebus eiusdem signacula imponere, absque decreto iudicis potest.

Ex §.hoc autem. Auth. vt cum de app. cognos. l. cum sit. 6. C. de sepul. viol.

XLVI.

Quod si facit, non solum amittit debitum: verumetiam alterum tantundem soluere cogitur hæredibus defuncti, pro iniuria illata: publicata insuper tertia parte bonorum adeoque ipso notato infamia.

Ex Auth. item qui domum. C. de sepulc. viol. & Auth. vt defuncti. seu fun. eor. non iniur. à cred. coll. 5. Cæterùm pœna creditorum, sepulturam alicuius impedientium olim fuit L. librarum auri. l. cum sit iniustum. 6. C. de sep. viol.

LXVII.

Quæ quidem omnia humanitatis caussa constituta esse manifestum est.

Ex c. in Ecclesiastico. 13. q. 2. vbi dicitur: Terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, & de terra sumeris.

XLVIII.

Nam & inhumanum est, mortuis hominibus afferri iniuriam, quam propulsare amplius nequeunt.

Ex d. Auth. vt defun. seu fun eor. vbi Imp. Iustinia. ait: Qui hominis naturam non erubuit: dignus est, & pecuniis, & gloria, & aliis omnibus condemnari. Fa. c. fatendum. §. multi quoque. & c. qui diuina. §. fin. 13. q. 2.

XLIX.

Et, secundum Iurisconsultum, sepultura est memoria fragilitatis humanæ.

Modest. in l. quidam. 27. D. de conditio. institutio.

L.

Imò potius recordatio est quædam immortali-

talitatis: quę testatur, mortem hanc non interitum esse omnia tollentem, aut delentē: sed quasi quandam migrationē, commutationemq; vitæ: quæ dux est in cœlum omnibus sanctis hominibus: vbi sempiterno ęuo cū Deo fruantur.

Augustin. lib. I. de C. D. *c* 12. *& 13. Hieron. in Epitaph. Fabiolæ. c. habent. 13. q. 2. vbi ait Anastasius Pont. mortem esse de hoc seculo ad melius transitum.*

LI.

Quam ob causam sepulcrorum ceremonias tanta cura apud omnes populos cultas: easque violatas tam inexpiabili religione sancitas fuisse, consentaneum est.

Cic. Tusc. quæst. lib I *Iusta autem funera quanti fecerint veteres, apparet ex Vlp. l. 2.* D. *de in ius voc. Immò verò sine piaculo præteriri non posse idem testatur in l. ait prætor. 7.* D. *de iu. delib.*

LII.

Maximè autem sepulcrorum violatio nefarium & detestabile scelus semper habitum fuit: vnde à Gordiano, læsæ religionis crimen: à Iuliano verò proximum sacrilegio nominatur.

Ex l. 1. & 5. C. de sepul. viol.

LIII.

Cuius actio est popularis, id est, cuiuis è populo permissa. Eaque non solùm ciuilis ad pecuniarium priuatumque commodum: verumetiam criminalis, ad vindictam publicam.

Ex Vlp. l. prætor ait. 3. & Iulia. l sepulcri. 6. in fin. & Macr. l. de sepulcro. 9. D. *de sepul. viol. Paul. in l. fin. eod. tit. gl. in l. 1. C. eod.*

LIIII.

Permultum tamen refert, à quo actio inten-

datur, quod ad pœnæ executionem attinet.

Ex tot. tit. Pand. & C. de sepul. viol. & gl. ibid. in l. 1.

L V.

Si enim hæres agit, aut is ad quem res pertinet: reus condemnatur in id, quanti interest, & quanti æquum iudici visum est.

Ex Papin. l. quæsitum. 10. ibi, quæ in bonum. D. de sepul. viol. & Vlp. l. 3. §. qui de sepulcri. D. de sepul. viol.

L V I.

Sin verò extraneus quispiam agit: centum aureorum actio datur.

Ex Vlp. d. l. 3. §. 1. & §. si quis.

L V I I.

Condemnatio autem infamiam irrogat damnato.

Ex Vlp. l. 1. D. de sepul. viol. iunct. gl. in verb. pecuniaria.

L V I I I.

Cæterùm loca desinunt esse religiosa: si aut reliquiæ aliò translatæ sint.

Ex Paul. l. cum in. 44. in fi. D. de relig. l. fin. C. eod.

L I X.

Aut si eiusmodi loca ab hostibus capta sint.

Ex Paul. l. sepulcra. 4. vbi gl. Pompon. l. cum loca. 36. D. de relig.

L X.

Quòd si ab hac calamitate iterũ liberata fuerint: quasi postliminio quodam reuersa, pristinum statum recipiunt.

Ex d. l. cum loca. 36. d. t.

DE

DE IVRE ET QVALITATE RERVM SANCTARVM.

Disputatio III.

I.



VPEREST, vt de rebus sanctis dicamus: quæ & ipsæ quodammodò diuini iuris sunt.

Ex § sanctæ. & Ca.l.1. de rer. diuis.

II.

Quanquam non tam religione, & consecratione, vt res sacræ, & religiosæ: quàm sanctione quadam legis, cõmercio humano exẽptæ sunt.

Ex Mart.l. sanctum. 8. cum ll. seq. D. eod. tit.

III.

Sanctum autem interdum idem est, quod sacrum: idemque, quod religiosum.

Macrob. lib. 3. c. 3. Fest. lib. 16.

IIII.

Interdum verò aliud, id est, nec sacrum, nec religiosum: nimirum incorruptum, & inuiolatum: vt auctor est C. Trebatius.

Ael. Gal. hoc modo distinguit: Sacrũ (inquit) ædificiũ cõsecratũ Deo: Sãctũ, murus qui sit circa oppidũ: Religiosum, sepulcrũ, vbi mortuus sepultus, aut humatus sit. Sed hæc portione quadã, & tẽporib. eãdẽ videri posse ait: auctore Festo.

V.

Quod verbũ Martianus à sagminibus dictũ esse putat: id est, herbis qbusdã, quas legati populi Rõ. ferebãt, vt essent sancti, & inuiolabiles.

Martia.

Martia.in d.l.sanctum.8.Liu.lib.1.graminis herbam pu-ram:Plin.lib.22.c.2. verbenas interpretatur. Græci cery-ia nominant.

VI.

Meliùs Festus à sanciendo sanctum deducit: quod verbum à sanguine confictum esse autumat: quādoquidē sancire nihil aliud est, quàm sanguine fuso confirmare, vt Seruius Grammaticus testatur.

Fest.lib.17.Liu.lib.3.Sallust.in coniur.Catil.Cornel.Tacit.lib.12.

VII.

Sanctæ autem res dicuntur: quæ nec sacræ, nec profanæ sunt: sed sanctione quadam confirmatæ.

Ex Vlp.l.sacra.9.§.propriè.de rer.diuis.

VIII.

Quod enim sanctione quadam subnixum est: id est sanctum: etsi Deo non est consecratū.

Ex d.l.sacra. 9.§.2.D.de rer.diuis.

IX.

Quod autem sanctum est: id est inuiolatum: & (vt Martianus loquitur) ab iniuria hominū defensum, propter pœnam propositam.

Ex Martian. l. sanctum. 8. D. de rer. diuis. Donatus in Adel.Ter.sanctum dicitur, quod omni obseruatione inuiolatum est.

X.

Cuiusmodi sunt leges: quas violare impunè nemini licet.

Ex Vlp.l.sacra.9.de rer.diuis.

XI.

Quę quidem si pęnam continent paulò grauiorem

uiorem: sanctiones appellantur.

Ex §.8.de rer.diuis.& Papin.l.sanctio legum. 41. D. *de pœnis.Cic.Verr.6.& ad Att.lib.3.Ep.23.*

XII.

Quòd si eædem sub pœna capitis sancitæ sunt: aut si interpositum est sacramentum: non modò sanctæ, sed etiam sacratæ, & sacrosanctæ nominantur.

Cic.pro domo: & pro Corn.Balbo.Liu.lib.9.Sic Ecclesiæ sacrosanctæ: sic Trib.pl. & Aediles sacrosancti dicuntur: quos violare nefas est: quam potestatem legimus sibi assumere olim solitos fuisse principes Romanos: vt augustiores se & sacrosanctos facerent: Suet.in Aug.c.27.Cic 3.de leg.

XIII.

Sic muri, & portę ciuitatis, sanctarum rerum numero sunt.

*Instit.de rer.diuis.§.sanctæ. & l.1.*D.*eod.tit.*

XIIII.

Quarum ea est vis, & qualitas: vt priuati alicuius nec sint, nec esse possint.

Ex §.nullius.& §.sanctæ.Inst.d.t.

XV.

Itaque non licet cuiquam homini priuato in his demoliri aliquid, aut omninò facere: quo damnum, aut incommodum aliquod irrogetur: sine auctoritate præsidis, aut magistratus.

*Imp.in d.§.sanctæ: & ibi Fab.Ang.& Dd.Vlpian.in l.1. Pompon.in l.2.cum ibid.not.per Bart. Ne quid in loco sacro fiat.Vlp.l.1.§.nunciato.*D.*de ope.nou.nunciat.l.omnes.l.intra.C.de ope.pub.nunc.*

XVI.

Ac ne habitare cuiquam in mœnibus, ac por

tis ciuitatis, iure licitum est: absque permissu principis: præter fortuita incendia, vt ait Vlp.

Paul.in l.neque muri.3.Ne quid in loc. sacr.fi.& in l. 1.de offic.præfe.vigi.

XVII.

Multò minus ædificia muris imponere: aut eosdem, sordium emittendarum caussa perforare licet.

Vlp.in l.in prouinciali.3.§.fin.cum l.seq.D. de oper.nou. nunc.Auth.de sanc.Episc.§.si quis autem.collat.9.

XVIII.

Nam & suis sumptibus, qui ædificat, destruere cogitur: & ex lege Iulia peculatus punitur.

Arcad.& Honor.in l.ædificia.13.C de oper. publ.Vlp.fi. l.qui muros.12. Ad l.Iul. peculatus. Guido Pap.sing.87. Boer.decis.232.num.3.

XIX.

Portas verò, & muros ciuitatis violare capitale est.

Contrà Varro,& Plutarchus in Problematis: Omnes (inquit) arbitrantur muros sanctos esse: portas non item. De quo vide Connan. lib.3.c.1.

XX.

Nam si quis transcendit mœnia, scalis admotis aut qualibet alia ratione: in eum pœna capitis constituta est.

Pompon. in l.vlt.de rer.diuis.

XXI.

Quoniam hostile, & abominandum est, auctore Pomponio: ciues Romanos alià, quàm per portas egredi.

Quæ

XXII.

Quæ res, si Liuio credimus, occasionem cædis fraternæ præbuit Romulo: quum ludibrio eius Remus nouos vrbis muros transiliuisset.

Liuius libro primo. Decad. I. Plutarchus in Romulo. Dionysius Halicarnassæus libro secundo. Male autē Accursius interpretatur Pomponium: pro solo conamine Remum esse punitum.

XXIII.

Quanquam nec lege, nec iure fecisse Romulum credendum est: sed, vt Tullius loquitur, vtilitatis species animum eius impulit: cui quū visum esset vtilius solum, quàm cum altero regnare, fratrem interemit: & muri caussam opposuit speciem honestatis, nec probabilem, nec satis idoneam.

M. Tull. Cicero lib 3. Officiorum. Connan. Comment. Iur. Ciu lib. 3. c. I.

XXIIII.

Simili verò modo, ad exemplum murorum vrbis, si quis vallum transcendat: aut per murū castra ingrediatur: capite punitur. Si verò quis fossam transiliat militia reiicitur.

Modestin. in l. desertorem 3. §. in bello. 7. D. de re milit. Ouid. 4. Fast.

XXV.

Quod sanè vtrumque optima ratione constitutum est.

Anima legis est ratio. Bal. in l. iustitia. D. de iust. & iur. Paul. l. quod contra. D. de reg. iur.

XXVI.

Quò & transfugis exitus præcludatur: & aditus inimicis.

Plato lib.2 de Republ. Aristot. Polit. libro septimo. c. 11. Cic. 2. offic.

XXVII.

Quò accedit altera caussa, quam Plutarchus affert: quòd quũ muros esse sanctos existimát, pro iis tuendis fortiùs propugnát ciues: & pro patria vitam profundunt libentiùs.

Plutarch. in Problem. M. Tull. Cic. de Sen. Optimis (inquit) auspiciis ea geruntur: quæ pro patriæ salute geruntur. Plato 5 de Republ. Arist. Nicomach. lib.3. Hõ. Il.o. Cic. 2. de leg. & pro Sestio.

XXVIII.

Quod autem de muris, & castris dictum est: etiam in publicis carceribus obseruatur.

Boss. de effract. carc. Bart. in l. vis eius. C. de probat.

XXIX.

Nam qui de carcere eruperunt: siue foribus effractis: siue conspiratione facta cum cæteris, qui in eadem sunt custodia: capitis condemnantur.

Vlp in l.1. D. de effractor. & expilat. ex sententia Saturnini, & Diu. Fratrum. Calistr. in l. in eos. 13. D. de custod. reor. Macer. in l. milites. 13. §. eius. D. de re milit. Bart. Ang. Alb. in l. pen. de cust. reor.

XXX.

Quòd si per negligentiam custodum euaserint: leuius aliquantò puniuntur.

Ex d. l. 1. Plerunque autẽ contra vigiles, & custodes præsumptio est. Bald. in l. cum ita. §. species. de legat. 2. Alex. cons. 156. volu. 2. Boss. de carce. nu. 7.

XXXI.

Planè videndum est hoc loco, ne de summi prin-

principis carcere, custodiaque hoc solùm accipiendum sit: quod nonnullis placet.

Matth. Vuesebece. in Paratit. lib. 47. tit. 18. de effract. & expilat.

XXXII.

Quam qui violat, reus fit maiestatis: & idcircò capite damnatur.

Scæuola in l. cuiusque 4 §. fin. Ad l. Iul. maiest.

XXXIII.

Quemadmodum & in solos vrbis Romanæ violatores, pœna capitalis côcepta esse videtur.

Bartolus in l. fin. D. de rer. diuis. Ang. & Dd. in §. sanctæ Institut. eod. tit. Ias. in § pœnales. num. 102 & 107 Inst. de actio. Contrà etiam de municipiorum mœnibus intelligendum esse, ait Martian in l sanctum. 8 de rer. diuis. ex sententia Sabini, & Cassij veterum Iurisperitorum. Idem tenet Ludo. Roma. in sing. 239. arg. l. desertorem. §. in bello. D. de re milit.

XXXIIII.

Quòd si quis municipij, aut ciuitatis alterius muros transilierit: aut carceres effregerit: plerunque in pœnam incidit arbitrariam: vt pecuniæ, vt carceris, vt relegationis, aut similem.

Ex reg. in c. odia. c. de pœnis. extrà, de reg. iur. Hermongen in l. pen. D. de pœnis. vbi ait, interpretatione legum pœnas molliendas esse potiùs, qnàm exasperandas.

XXXV.

Semper autem effractores nocturni grauiùs puniuntur legibus, quàm diurni.

Paul. in l. 2. D. de effractor.

XXXVI.

Nam si quidem honestiore sint conditione: relegantur, aut ordine mouentur, pro modo, & ratione delicti. Sin verò humiliore: aut fusti-

bus castigantur: aut in opus, metallúmue damnantur.

Ex Vlp. & Paul. l. 1 & 2. de effractor.

XXXVII.

Sed & furcas quibusdam sanctas esse placet: quas nemini priuata auctoritate reficere licet: sine iussu principis, aut præsidis prouinciæ.

Bald. in l. à procuratore. in fin. C. Mandati.

XXXVIII.

Porrò legati quoque Reipublicæ, tam belli, quàm pacis nuncij, omni iure sancti habentur.

Martia. in l. sanctum. 8. D. de rer. diuis. Pompon. in l. fin. D. de legatio.

XXXIX.

Quorum sanè ius, auctore Tullio, cùm hominum præsidio munitum: tū iure diuino vallatum est.

M. Tull. Cic. in orat. de Arusp. resp.

XL.

Itaque eos violare nemini ius est.

Bart. in l 1. num. 2. D. Ad l. Iul. Maiest.

XLI.

Nam si quis legatos hostium pulset; aut quoquo modo offendat, aut detineat: contra ius gentium fecisse existimatur: quod legatorum non violandorum religionem præcipit.

Pompon. in l. fin. D. de legatio. c. ius gentium, dist. 1.

XLII.

Ac iure quidem ciuili, qui hoc modo delinquit, fit seruus hostium dedititiꝰ: quorum sunt legati: quod exemplo Hostilij Mancini, Numantinis

:inis à Romanis dediti, receptum est: à quibus :amen fuit repudiatus.

Pompon. in d.l. fin. Cic. lib. 1. de Orat. & Offic. lib. 3. A. Gell. lib. 10. noct. Att c. 20.

XLIII.

Iure verò Pontificio, à communione Ecclesiæ segregatur, aut (vt nunc loquimur) excommunicatur.

Gl. in d.c. ius gentium. in verb. Legatorum. dist. 1.

XLIIII.

Cæterùm vt legatorum Reipublicæ, sic hospitum nō violandorum magna est religio: quę sanctè ab omnibus colenda est.

Arcad. in l. vlt §. patrimonium. D de mun. & hon. gl. in. l. 1. C. de sacros. Eccl. Moses Deuter. 10. Paul. 1. Timoth. 3. & Hebr. 6. Plato 5. de leg. Liuius libro primo. Cicero Epist. lib. 13. Cornel. Tac. de mor. German. Pompon. Mela lib. 3. Geogr. vbi Germanos hospitibus bonos, supplicibus mites esse ait.

XLV.

Adeò vt hospes hospiti etiam in bello parcere debeat: vt Glauco Diomedes apud Homerũ.

Cotta in memorabil. ver. hospitatura. Hom. Iliad. 6. Odyss. 9. Plato in Phædro. Aristot. Eth. libr. 5. Cic. ad Att. libro sexto. Vnde hospitaturi olim ramum oliuæ, in signum pacis, & fœderis, præferebant: vt est apud Maronem lib. 8. Aen. aut tesseram conferebant hospitalem: quum confringere religio erat. Plaut. in Pan. & Cistel. Pausan. in Atticis. Eras. Chil.

XLVI.

Quod etiam ad caupones, & stabularios, cœnaculariosq; producendum est: qui quod cuique saluum fore receperint, nisi restituāt: ex operariorum suorum damno, quasi ex delicto

obligati: in factum actione conueniri possunt; ne facilè scilicet cum furibus coeant in fraudẽ viatorũ: quod lege nõ immeritò fuit cauendũ.

Imp. in §. pen. Instit. de oblig. quæ ex quasi delic. & ibi Schneiden. Vlp. in l. 1 Cai. l. 2 & 5. & paß. Naut. caup. stab. Idem in l. 4. in fi. D. de oblig. & act. Iaſ. & Zaſ. in §. Item Seruiana. num. 16 Inſt. de actio. Porrò quid differant hoſpites à cauponibus, vide Cic. lib. 1. de Diuin. & Senec. lib. 1. c. 4. de beneficiis: & Iſocrat. in Areopagitico.



INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

C

Collecta

Sacer

Sti-

FINIS.

